


O. D. B.

דָּתַת יְהוָה



FOEDU

C U M

ABRAMO SYMF

Genes. XV, 9.

P R A E S I D

D N. VALENTIN

S S. Theol. Doctore & Pr

P R O L I C E N

Summos in Theologia honores ac
ritè capeſſendi

IN CELEBERRIMA

DISSERTATIONE I

d. 6. Augusti A. O. R. M

HORIS LOCOQUE CON

P. P.

M. JOH. DAVID Schiefe

Illustris ad Salam Augustei S
Publ: designatus

JENAE LITTERIS

B. V.

כְּלֹזֶתְיָהָרֶה



US DEI

UM

YMBOLICUM,

, 9. IO. 17. 18.

E S I D E

F I N O Belthem /

ore & Prof. Publico,

V C E N T I A ,

onores ac Doctoris Privilegia

capiessendi

R I M A S A L A N A

N E I N A U G U R A L I

D. R. M DC XC VIII.

que Consuetis,

P.

Schieferdecker / VVeissenf.

augustei S S. Theol. Prof.

designatus.

T E R I S N I S I A N I S .

1235

15

8

re



כְּרָבָה וְהַתְּסִירִי:

P R E F A M E N.

Religionem atque cultum Dei non esse inventum quoddam hum-
manum, multò minus remarbi-
trio hominum relictam, nemo
Christianorum negabit. A Deo namque ipso
hominibus revelatum scimus, quâ ratione ab
iisdem coli velit, quive effectus indè proveniat,
ubi homines cultum huncce ritè obierint, aut
eundem neglexerint. Quæ cum ita sint, quis
non videt fœdus seu pactum quoddam inter De-
um hominesque veræ inesse Religioni? *Hinc*
fœdus Dei cum hominibus, est divina quedam

A 2 legis-

legislatio, partim promissionibus, partim combinationibus, sancita. Ejusmodi foedus summis ille creaturarum suarum Gubernator & No-motheta cum toto humano genere in proto-plastis non modo statim à creatione ipsorum, antè lapsum, de quo *Gen. II, 15. seqq.* sed & post lapsum, interveniente mediatore, init, cuius prima promulgatio *Gen. III, 15.* habetur. Ac ut sanctio hujus foederis, futurique Salvatoris missio, animis populorum, hinc inde per orbem dispersorum, eò firmius inhæreret, peculiaria quædam foedera inire Divinæ placuit bonitati, & quidem cum ea maximè stirpe, ex qua Messias aliquando oriundus erat, loco ac tempore nativitatis post quoque per prophetas designatō, ut homines velut manu ducti ad istius cognitionem pervenirent. Primum inter foedera ista particularia, quod Deus cum Abra-mo pepigit, meretur locum. Foedus namque Dei cum Noacho de non repetendo amplius diluvio erectum, *Gen. IX, 9. seqq.* extra Reli-gionis

gionis complexum esse videtur, adeoque in numerum istorum foederum, de quibus modo diximus, referri haud censetur. Placet itaque sub dissertationis schemate de F O E D E R E D E I C U M A B R A M O S Y M B O L I C O , cuius sanctio solennis, adhibitis ritibus certis, *Gen. XV*, 9. 10. 17. 18. cum primis exhibetur, proferre in medium nonnulla, Lectorem Benevolum, qui de generali isto foedere, cum universo genere humano ante & post lapsum initio, erudiri fuisse cupit, remittimus ad *B. D. Mart. Chemnitium P. 3. LL. Loc. de Discr. V. & N. T. D. Henr. Höpfnerum Dissert. X. de Justif. D. Polyc. Lyserum Jun. Diss. de pacto primo*, aliosque.

Nos vero in praesenti, antequam ipsum propositum nostrum aggrediamur, D E U M ter Optimum Maximum supplices veneramus:

اللهم اقرننا ايقانا نايضا وبيقينا صادقا وقلينا
 خاشبعا ولساننا داكرها وانخلتنا الجنة مع الابرار
 برحمتك يا ارحم الراحمين امين

O Deus, largire nobis fidem perennem, et opinionem veram, et cor humile, et linguam grantam; et introduc nos in Paradisum cum justis, per misericordiam tuam, o summe misericors, Amen!

* * *

SECTIO PRIOR EXEGETICA.

I. *Textus Sacer, Gen. XV, 9. 10. 17. 18.*

ויאמר אליו קחח לי עגלת משולשת וענו מושולשת ואיל משולש ותור וגולם:
 ויקח־לו את כל־אללה ווברר אתם בתוך ויתן איש־בתרו לקראות רעהו ואתה־הצפור לא־כתר:
 ויהי השם באח וعلטה היה וחנכה הנור עשן ולפירות אש אשר עפר בין־הגוריּת האלהו:
 ביום חחוא כרת יהודו את אברם בירך לאמנה
 לזרעך נתתי את הארץ הזאת מנחר מצרים ערע־הנהר
 הגדרל נחר־פרץ:

II. *Methaphrases nonnullæ.*

Targum Onkelos.

ואמר ליה קרוב קרמו עגלוּן תלחה ושיין תלחה ורכינו
 תלחה ושפננא ובר־יופרְז: וקרוב קרמוּו ית כל־אלין
 ופליג יתחון בשוי ווּהַב פָּלָגָא, פָּלָג לְקִבּוֹל־חֶבְרוֹה ווִיחֵד
 עופא

עופא לא פלייג: והוה שמשנָה עלה וקיבלה חוה זהא
הנורן רתנן וכבר ערא דראשן רוי עברא בין פלאגיא האלין:
כיוםא ההוא גור יהוה עס אברס קים למייר לבנ'ך
יהכית ית-ארעה הרא מנהרא רמצויס וער-גורה
דבא נהריה רפרה:

9. Et dixit ei, offer coram me vitulos tres, &
capras tres, & arietes tres, & turturem, & filium
columbae. 10. Et obtulit coram eo omnia haec, &
divisit ea æqualiter, & posuit divisiones, unamquam-
que è regione alterius: aves autem non divisit. 17.
Et factum est, cum occubuisse sol, & caligo facta
esset: & ecce clibanus fumans, & lampas ignis quaæ
transibat inter divisiones illas. 18. In die illa pepi-
git Dominus pactum cum Abram, dicens: filii tu-
is dabo terram hanc, à fluvio Ægypti, usque ad
fluvium magnum Euphratem.

Targum Jonathani.

וזמר ליה סב לי התקרובותין וקריב קרמי עגלות ברוח
הלה שנון וברחא בר תלהות שנון ויעז בorth הלהת שנון
ושפנינה וחשילא בר יוזן: וקריב קרמי יה כל אלין זפק
זההון במצרים וכדר פסנא רחר כל קביל תבריה ויה עופא
לא פסנא: והווע שמשא טמאנז וחוומטא הווע זהא חמאז
אברס גהינט מסיק הננא וגומרין דאסא ומבעיר שביבין
רנווע למיטן בירן רשעיא וזה עבר בין פסנא האלינו
כיוםא

ביזמא ההוא גור ייחוה עם אברם קיים רלא למירן בירה
בנוי ולמפרוקינון מן מלוכה למיור לבנך אתן ית ארעה
הרא מנילוס רמצרייס עד נהרא רבא נהרא פרה:

9. Et dixit illi, accipe mihi oblationes, & offer coram me vitulam triennem, & hircum triennem, & capram triennem, & turturem, & columbum columbae pullum. 10. Et obtulit coram eo omnia ista, & divisit ea per medium, & ordinavit divisionem unius è regione alterius: sed volucrem non divisit. 17. Et fuit sol occumbens & caligo fuit: & ecce vidit Abram Gehennam ascendere facientem fumum, & carbones ignitos, & accendentem scintillas ignis, ad judicandum in illa improbos, & ecce transibat inter divisiones illas. 18. Eo ipso die pepigit Dominus foedus cum Abramo, fore ut non judicarentur eâ filii ejus, sed ut liberaret eos à regno, dicendo: filiis tuis dabo terram hanc, à Nilo Ægypti, usque ad fluvium magnum, fluvium Euphratis.

Targum Hierosolymitanum.

וְשׁוֹפֵנִין וּבָרְיַזְוּן: וּקְרִיבָן קְרָמוּ יְהָה כָּל אֶלְיוֹן וּפְסָגָן יְתָהּוֹן
לְפְסָגָן וְשׁוֹגָב פְּסָגָה לְקְרָמוֹת חֲבָרוֹתָה וְיְהָעָפָא לְאָ
פְּסָגָן: וְהָא שְׁמַשָּׂא אַזְלָא לְמַטְמָא וּקְפָלָא הָהָה וְהָא אַבְרָם
חוּווּ עַד דַּי סְפָלִין אַסְתָּרוּ וּכְרוֹסָן רְמִיו וְהָא גָּהָנָס
דָּאַתְּעָתָהָא לְרַשְׁעָא לְעַלְמָא דָאַתָּי כְּתָנוֹרָא מַקְפָּן שְׁבִיבָן דָנוּ
וּשְׁלַחְבִּין

(७)

וזיה הבהיר דאשא רבענזה נפלו רשייעיא על רטחו
באורייה בחיהון וצקיה דנטרו יתא מן עקחא ישובון
כלן כרע ייחוי לאנוט כר הווע ער, בין פסניא
האלין:

9. - - - Et turturem & filium columbæ. 10. Et
obtulit coram ipso omnia hæc, & divisit ea in di-
visions, & posuit partem sectionis unius è regione
sociæ ejus: sed volucres non divisit. 17. Et ecce
sol ibat ad occasum, & tenebræ erant: & ecce Abram
videbat donec sedes ordinatae erant, & solia subla-
ta; & ecce Gehenna, quæ parata est improbis in
futuro seculo tanquam fornax, quam circumda-
bant scintillæ ignis & flammæ ignis, in cuius medi-
um ceciderunt improbi, eo quod rebelles fuerant
in legem, durante vitâ ipsorum; sed justi qui eam
observarunt, ab afflictione eripientur: nihilominus
visa est Abramo, cum transibat inter sectiones illas.

Versio Samaritana.

• ፳፻፭ • ፳፻፮፭ • ፳፻፯ • ፳፻፱ • ፳፻፲ • ፳፻፳
• ፳፻፴ • ፳፻፵ • ፳፻፶ • ፳፻፷ • ፳፻፸ • ፳፻፹ • ፳፻፺
• ፳፻፻ • ፳፻፼ • ፳፻፽ • ፳፻፾ • ፳፻፷ • ፳፻፸ • ፳፻፹
• ፳፻፻ • ፳፻፼ • ፳፻፽ • ፳፻፾ • ፳፻፷ • ፳፻፸ • ፳፻፹
• ፳፻፻ • ፳፻፼ • ፳፻፽ • ፳፻፾ • ፳፻፷ • ፳፻፸ • ፳፻፹

9. Et respondit ei, accipe mihi vitulam trimam, & capram trimam, & arietem trimum, & turturem, & pullum. 10. Et accepit sibi omnia hæc, & divisit ea per partes, posuitque unamquamque partem ex adverso alterius, sed aves non divisit. 11. Et cum sol occubuisset, caligo facta est; & ecce clibanus sumans & lampas ignis, quæ transiit inter divisiones illas. 12. In die illa percusserit Dominus cum Abram foedus, dicens: semini tuo dedi terram istam, à fluvio Ægypti usque ad flumen magnum, flumen Euphratem.

Versio Syriaca.

۱۴۵۰. ۱۴۵۰. ۱۴۵۰. ۱۴۵۰. ۱۴۵۰. ۱۴۵۰.

بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ
 إِنَّمَا تُنذَّرُ مَا تَعْمَلُونَ
 وَمَا كُنْتُ تَعْمَلُ إِلَّا مَعْلُومًا
 لَكُمْ يَوْمَ الْقِيَامَةِ أَنَّمَا كُنْتُ
 تَعْمَلُ إِلَّا فِي أَنْوَارٍ
 وَمَا كُنْتُ أَنْهَاكُمْ إِلَّا مَعْلُومًا
 لَكُمْ يَوْمَ الْقِيَامَةِ أَنَّمَا كُنْتُ
 تَعْمَلُ إِلَّا فِي أَنْوَارٍ
 وَمَا كُنْتُ أَنْهَاكُمْ إِلَّا مَعْلُومًا

9. Qui dixit ei, sume tibi vitulum triennem, & arietem triennem, & capram trimam, & turturam, & pullum columbam. 10. Sumpsit ergo sibi haec omnia, & divisit ea æqualiter, posuitque membrum contra locum ejus; volucrem autem non divisit. 11. Factumque est, ut sole occumbente caligo fieret; & ecce chbanus fumans, & lampas ignis transiens inter divisiones illas. 12. Indie illa statuit Dominus cum Abram pactum; & dixit ei, semini tuo dabo terram istam à flumine Ægypti usque ad flumen magnum, flumen Euphratem.

قال له خذ لي عجلاً مثلياً وعذراً مثليته وكيساً
 مثليها وشنغينا وفرخ حمام فاخذ له جميع هذه
 وشطـرها في اوساطها ثم جعل كل شطر
 قالـة صاحـة والطيـر لم يشـطـر فلما
 عابـت الشـيمـشـون وكـانـت الـدـهـيـة فـانـا شـبـيـهـةـيـنـنـوـرـ
 دـخـانـ وـمـشـعـشـعـلـ نـارـ سـاـيـسـ يـيـمـ تـلـكـاـ
 الشـطـوـمـ فـي تـلـكـاـ الـبـوـمـ عـهـدـ الـلـهـ مـعـ
 اـبـرـامـ عـهـدـاـ قـاـيـاـ لـاـ لـنـسـاـ كـيـ اـعـطـيـيـ هـذـهـ الـأـرـضـ
 مـنـ نـهـرـ مـصـرـ الـيـ النـهـرـ الـكـبـيرـ نـهـرـ
 الـسـفـرـاتـ

9. *Dixit ei accipe mihi vitulum trimum, & capram trimam, & arietem trimum, & turturem, & pullum columbarum.* 10. *Accepitque ei omnia hæc, & partitus est ea per medietates eorum: deinde posuit unumquodque frustum ex adverso socii sui; volucrem autem non divisit.* 17. *Cumque occidisset sol, fuissetque obscuritas, ecce similitudo cibani sumi, & facis ignis euntis inter frusta illa.* 18. *In illa die pactus est Deus cum Abram pactum, dicens: progeniei tuae dabo hanec terram, a flumine Aegypti, ad flumen magnum, flumen Euphratem.*

کئن باو بستان بمن شو ساله سه وکن سه
ونس مبشن سه وندم و وکیوتر چه بستاند
باوس همه ای نان و ماره کرن ایشانه این
بر ایس اب شخص پاره او بیدیهی پاره او وهران
کنجش کنه پاره کرن بودان خونشید ایا و تار کی دود و آید که ذنمی
دو تکین و زبانه ی اتش انجه بشکد شن
صبان ان دل هایب ای نان درابو
روز بیری ده او افر ادم شرط ی بگفت من
بنسل تو دادم مران نرمی من این ان رون
عصر تنا ان رون ان بیرون که رون فوت

9. Respondit ei, tolle mihi boves anniculos
tres, & capras tres, & arietes tres, phasianum quo-
que & pullum columbinum. 10. Tum accepit sibi
haec omnia, eaque æqualiter partivit, & dedit sin-
gulam cujusque partem ex opposito socii sui; aves
vero non partivit. 11. Fuit, cum sol descenderet,
caligo exorta est, & ecce furnus fumolus, & flamma
ignea, quæ transibat inter istas partes. 12. Die ipso
pepigit Dominus foedus cum Abram, dicendo;

progenieⁱ tuæ dedi terram istam, a flumine Ægypti, usque ad flumen magnum, flumen Euphratem.

Versio Graeca LXX.

9. Ἐπειδὲ αὐτῷ λαβεῖς μοι δάμαλιν τριπτίζουσαν, καὶ αἷμα τριπτίζουσα, καὶ κεράνη τριπτίζουσα, καὶ γειγόνα, καὶ πεντερέα. 10. Ἐλαθεὶς δὲ αὐτῷ πάντα ταῦτα, καὶ διεῖλεν αὐτὰ μέσω, καὶ ἔφυγε αὐτὸν αὐτοπερσώπῃ ἀπόλοις πᾶς δὲ ὄρνεα καὶ διεῖλε. 17. Ἐπειδὴ δὲ ἡλιός ερήνετο καπνούσιμῳ καὶ λαμπαδεσπόρεις, αἱ διηλθοῦσαι μέσω των τιχοπρηματων τάτων. 18. Εντούτη μέρα ἐκείνη διέγειτο κίριος τῷ Ἀβραμιν διαδόκην, λέγων, τῷ στέριμασσα δισκοῖν γῆν τάσσει, δέποτε τοιαῦτα ἀγαγόμενα τῷ πάμεβολον μεριάς Ἐυφρέτου.

9. Dixit autem ei, accipe mihi juvencam trimam, & capram trimam, & arietem trimum & turturem & columbam. 10. Accepit autem sibi hæc omnia, & divisiit illa media, & poluit ea contra sciem alterum alteri; aves autem non divisit. 17. Cum autem jam Sol erat ad occasum, facta est flamma: & ecce fornax fumigabunda, & lampades ignis, quæ pertransierunt per medias divisiones istas. 18. In die illa disposuit Dominus testamentum ad Abram, dicens: semini tuo dabo terram hanc, a flumine Ægypti, usque ad flumen magnum Euphratēm.

Versio Vulgata Latina.

9. Et respondens Dominus, sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoq; & columbam.
 10. Qui tollens universa hæc, divisit ea per medium, & utrasque partes contra se altrinsecus posuit: aves autem non divisit. 17. Cum ergo occubuisset Sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit Clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter divisiones illas. 18. In illo die pepigit Dominus foedus cum Abram dicens: semini tuo dabo terram hanc, à fluvio Ægypti, usque ad fluvium magnum Euphratēm.

Versio Latina Tremellii & Junit.

9. Et dixit ei, sumens offer mihi vitulam triennem, & capram triennem, & arietem triennem, turturemque cum pullo columbarum.
 10. Abram itaque sumta offerens ei omnia hæc, quum dissecuisset ea per medium, posuerat dimidiatam cujusque partem regione suæ alterius; aves vero non dissecuerat. 17. Fuit autem condito jam sole, quum cœca nox esset: & ecce furnum fuman tem, & ardenter lampada, transeuntem inter segmenta illa. 18. Hoc die pepigit Jehova cum Abra mo foedus, dicendo: semini tuo dedi terram hanc,

à flumine Ægypti ad flumen illud usque magnum,
flumen Euphratis.

Persio-Germanica Lutheri.

9. Und Er sprach zu ihm / bringe mir eine
dreyjährige Rue / und eine dreyjährige Ziegen /
und einen dreyjährigen Widder / und eine Eur-
tel-Tauben / und eine junge Tauben.

10. Und er bracht Ihm solches alles / und
zurtheilet es mitten von einander / und legt ie
ein Theil gegen das ander über / aber die Vogel
zertheilet er nicht.

17. Als nun die Sonne untergangen und
finster worden war / siehe / da rauchete ein D-
sen / und ein Feuer-Flammen fuhr zwischen den
Stücken hin.

18. An dem Tage machte der Herr einen
Bund mit Abram / und sprach / deinem Samen
wil ich das Land geben / von dem Wasser Egypti
an / bis an das grosse Wasser Phrat.

§. I.

Duo potissimum apud Rabbinos deprehendimus no-
mina, quibus interpretatio Scripturæ Sacrae ab iis-
dem insigniri solet, alterum פְּרָרָן, תְּרָגָוֹן, alterum
est. תְּרָגָוֹן propriè versionem Textus concernit; ast
פְּרָרָן

difficilia, quæ sub verbis latent, solvit, simulque genuinum sensum eruit. Utrumque peculiare Dei χάροια esse, Apostolus I. Cor. XII. 10. 11. testatur, ubi γένη γλωσσῶν est, ἐργασία γλωσσῶν est פֶּתַרְוֹן. Versiones nonnullas jam exhibuimus, & quidem eas, quæ cum interpretatione Latina in Bibliis Londinensis extant, quibus subjunxi-
mus Latinam Tremellii & Junii, cum Germanica Lutheri. Itaque ad פֶּתַרְוֹן seu ἐργασίας accessum faciamus, necesse est. Præmittemus eidem generalem quandam fæderis Divini cum Abramo συναγερθαν, quæ simul &c. εν συνέψει, antecedentia pariter & consequentia Textus nostri, e Cap. XV. Ge-
nes. selecti, sистет.

§. II.

Originem hujus foederis atque initium *Gen. XII. 1. 2. 3.*
segg. deprehendimus, ubi Deus Abramum jubet patriam & cognatos relinquere, aitque : **לְךָ מִארֶץ וּמִמּוֹלֵדֶת רַקְעַת אֶבְרִי אֶלְעָזָר** — *vade tibi ē terra tua, & ē cognatione tua, & ē Domo patris tui, ad terram, quam monstrabo tibi.* Huic mandato varias subnecit promissiones, nimirūm de numerosa Abrami posteritate, nominis eius celebritate, amicorum & inimicorum communione, ac tandem de Messia ex ipso oriundo. Abram itaque morem gerens Deo quantociūs exit, & in Urbem Haran cum Tharah patre, Sarai uxore, & Lothro, filio ex fratre Haranie relicto, pervenit, fitque ibidem **גָּד peregrinus**, seu, quod perinde est, **אָרָם שָׁלָא נָלָד בָּאוֹתָר פְּרוֹנָה אֶלְאָכָא** *bomo ejusmodi, qui non natus erat in illa civitate, sed venerat ex alia civitate, ad babiandum illuc, ut verbis RASCHI utamur, ad Exod. XXII. 20. conf. h. l. Actor. VII. 2. 3.* Mox Abramo post mortem pa-

tris ulteriis tendenti Deus diversis vicibus , iteratis promissis cœptum fœdus insinuare pergit, eique contra hostes non nullos fert suppetias ; Abram, & quæ suarum esse partium opinatur, ritè peragit, prout hæc omnia, è Gen. XII. XIII. XIV. constant. Hinc quoque ob animalia nonnihil timidum consolatur Deus, denuoque prolem & posteros innumeros, iisdemque terram Canaan, promittit, Cap. XV. 1. -- 7. Huic solatio ac protmissis quamvis fidem adhibuerit, tamen plenius informari cupiens signum à Deo petit : אָמַן יְהוָה בְּמֹרֶךְ אֲרֹעַ בְּאִירָשָׁנָה Domine Deus, in quo sciam, quod possessurus sim eam? Ibid. v. 8. Evidenter signum petere infidelitatem arguit. Vide quæso scribas & Pharisæos signum petentes quomodo exceperit Salvator, Mat. XII. 38. 39. At vero, sicuti Maria, Christi genitrix, Divino nuncio Gabrieli respondebat : πῶς ἔσει τὸν, ἐπεὶ οὐδέποτε γίνωσκω, Luc. I. 34. ita & hic Abram, non de re ipsa, sed tantum de modo & circumstantiis est dubius. Exinde signum nequam ipsi denegatur, sed jubet Deus nonnulla sibi afferre animalia, Genes. XV. 9. simulque eidem dicto audienti v. 10. fata posteriorum præmonstrat non solum, v. 11. -- 16. sed & fœdus hactenus inchoatum, solemnē ritu perficit, v. 17. 18. terminosque pariter ac populos, ab ejus posteritate occupandos, denominat, v. 18. -- 21. Hujus fœderis atque mandati Divini memor postmodum Abram, jussa omnia fideliter exequitur, multaque benedictione & beneficiis à Deo cumulatur, prout videre est è Cap. XVI. seqq. Habet itaque summam fœderis Divini cum Abramo, aliquot Geneseos Capitibus, ut vides, fusiūs exhibiti. Nobis tantum Capitis XV. vers. 9. 10. 17. 18. in præsenti ponderare animus est, non tamen neglecta ceterorum versuum harmonia.

§. III.

אָנָן בְּחוֹזֶה אֲפִילוֹ אַוְרֵתָן Tritum illud Rabbinorum: non est in Lege vel una littera, à qua non magni dependeant montes, circa Thēma quoque nostrum deprehendimus. Operæ ergo pretium erit, de singulis versibus dispicere nonnihil.

vers. 9. אמר ר' יוחנן nimirūm אָדָנִי יְהוָה dixit וַיֹּאמֶר Deus, quō titulo ab Abramo vers. prec. insigni fiduciā compellatur. Observant Rabbini in Talmud & ex eo Falkut SCHIM. f. 21. col. 1. sequentia: אמר ר' יוחנן מושם ר' שמעון בן יוחאי מulos שברא ה' את העולם לא בא ארם שקראו לה' אהרן עיר שבת אברהם וקראו אהרן שנ' יי' אלהים וג' יאף דניאל לא נעה אלא בוכות אברהם של' האר פביר אל מקרש השם. למן אהן לungan י' מביא ר' יוחנן nomine R. Scbimeonis filii Jocabai, à tempore quo creavit S. B. J. mundum, nemo venit, qui vocasset eum אהן, donec veniret Abraham, ו' vocaret eum אהן, sicut dicitur: Domine Deus (Gen. XV. 8.) Et Daniel quoque non exauditus est, nisi propter iustitiam Abramis, sicut dicitur: illustra faciem tuam super sanctuarium tuum desolatum propter (Dan. IX. 17.) propter te, Domine, orandum erat illi, sed (Daniel ita dixit) propter Abramum, qui vocavit eum אהן. Conf. HACKSPAN. Ann. ad Dan. IX. 17. Loquitur autem hic cum Abramo בְּמַחְזֶה יְהוָה pervisionem, seu in visione, prout vers. 1. bujus Cap. testatur. Diversimodè namque Deus Prophetis se se manifestabat olim. Ex Numer. XII. 7. 8. triplex potissimum revelationis Divinæ modus colligitur, scilicet בְּמַרְאָה per visionem, per somnum, סְנָה orē ad os. Rabbini tamen plures e

Prophetarum scriptis colligunt, prout videre est in DON's.
ABARBANEL. פ' על נביים אחרים f. 222. c. 1. & מדרש cap. 3. v. 4. & *Falkut* f. 20. col. 2. ubi hæc proferunt:
 ו' לשנורא נקראת נבוארה חוזן הטפה רבו אמרה צוויי
 משא משל מליצה חירח נבוארה decem nominibus appellatur prophetia, visio, stillatio, verbum, sermo,
 mandatum, onus, parabola, eloquentia, enigma, prophetia.
 Hinc querunt: ו' quodnam est gravissimum ex his omnibus?
 ר' אלעזר אומר: Respondent: חוזן שנ' חזרה קשה הוגד לי ר' יוחנן אמר רב גור שנרב ר' אלעזר הארץ קשורה. ורוכנן אמרין משא כמשמעו שנ' כפשיא כבד רוכביו ממנី גרא ל כוח של אברחים שנרב עמו R. Eleazar dicit (esse gravissimum) quia dicitur: visio durata nunciata est mihi (Jes. XXI. 5.) R. Jacoban dicit (esse gravissimum) quia dicitur: loquebatur Dominus terræ nobiscum dura; (Gen. XLII. 30.) sed Rabbini nostri dicunt: משא (esse gravissimum) juxta literalem sensum suum, quia dicitur: Sicut onus grave aggravata sunt a me (Ps XXXIX. 5.) magna fuerunt vires Abramis, quia sepius locutus est (Deus) cum eo per verbum & per visionem. Sic quoque in referente Falkut, f. 29. col. 4. dicitur: לכל הנבאים נראת להם בחזון ולאברהם נגלה במראה ובחזון. במראה מנין ויתר אל ר' אליעזר בחזון מנין אחר והורמים האלה היה רברוי אל אברהם omnibus Prophetis apparuit (Deus) per חזון, sed Abraham revelavit se per מראה ו' per חזון. Per מראה, quando dicitur: & apparuit illi; per חזון, quando dicitur: post res factum est verbum Domini ad Abram per visionem. Cum autem vix, ac ne vix quidem, מראה a differat, atque hujus tantum XV, hocce Capite fiat mentio, istud saltim adnotasse

notasse sufficiat, derivari מחרן a חזרה, quod tam oculis quam mente & intellectu videre seu cognoscere significat. Unde visio alia erat interna, quæ siebat mente elevata, ut quis videret atque cognosceret; alia externa, repræsentando aliquid. Posterior est hujus loci, utpote quæ siebat in vigilia, teste vers. 5. Adeoque recte LUTHERUS, visio, inquit, est apparitio quædam, cum Deus per imaginariam apparet visionem, vigilantibus. Vid. Magnif. DN. D. BUCHMANNI Annat. ad Comp. Hutt. Loc. I. Quæst. I. § 4. TERSERI Annat. in Gen. f. 44. POLI Synops. Critic. Tom. I. f. 156. Edit. Londin. HOTTINGERI Thes. Philol. Lib. II. Cap. 3. Sect. 4. f. 573. seqq. aliosque. An מראה seu מוחזה visio eadem fuerit cum חלום somnio inter nonnullos controvèrtitur. R. D. KIMCHI ad Joel. II. 28. ita commentatur: וְהַנּוֹבָאָה תִּקְיָה לְהָם בְּמַרְאַת הַחֲלוּם וְהַנּוֹבָאָה תִּקְיָה לְהָם בְּמַרְאַת הַחֲלוּם E erit illis prophetia in visione somnii, quasi non essent distincta somnia & visiones, sed qui uno institueretur, alterius etiam esset particeps. Imo & RAMBAM, in חסורי ההורה Cap. VII. § 3. expresse asserit. אין רואין מראה הנבואה אלא בחלום בחזון הלילה nunquam Prophetiam exhiberi visionem, nisi in somnio, per visa nocturna, aut interdiu quidem; sed postquam gravis in eos sopor irruerit. Calculum huic opinioni vers. 12. Cap. XV. nostri addere videtur, quippe qui in Abramum זירר מה soporem irruisse memorat. Verum sciendum, somnium quidem aliquando visionem insecumtum fuisse, ut hoc loco; sape tamen & visionem absque somnio contigisse, prout de Cornelio, Act. X. 3. Petro, Act. X. 9. seqq. XI. 5. seqq. aliisque legimus, quæ omnia ibidem memorata vigilantibus accidisse, res in aprico est. Itaque & hac Abrami visio; ut supra diximus,

in vigilia siebat. Quis enim Deum in somnio Abránum eduxisse foras, hunc vero animalia *vers. 9.* commemorata somniantem adduxisse atque partitum fuisse *vers. 10.* somniabit? Ergo חזה ולוּם מ' *visio & somnium* diversa sunt, non tamen ideo plane contraria. Conf. *DON ISAAC ABARABANEL* טען נביאי אהרון ב- *ED. POCOCK. Comment. ad Joel. II. 28.* f. 236. *JOHN WANDAL. Diff. de Prophetis* §. XI. p. 21. *ED. LEIGH. Crit. Sac. V. T. R.* f. 63. Postquam igitur Deus Abramo foras educto denuo multiplicationem seminis promisisset, hic vero, quamvis de re ipsa certus, ut §. *prec.* diximus, de circumstantiis tamen & modo non nihil esset dubius, signumque petiisset, tunc dixit Dominus ad eum:

§. IV.

קרוב קרמי offer co-
ram me; Targ. Onkel. offer co-
ram me; Targ. Jonath. accipe
mibi oblationes & offer coram me; & Syr. קרבן
(pro יי' legens לך sume tibi, male interpretantur. Neque Tremell. & Jun. per sumens offer mibi reddidisse adcurate videntur. *לך* Hebræis proprie accipere, sumere, auferre &c. significat, quem sensum reliquæ Versiones spectarunt; ast non raro idem quoque valet ac adducere, afferre, dare. Probamus id ipsum: *Psal. LXIX. 19.* dicitur לך מהנות, quod ibidem Arabs per واعطی صوأهاب, & Apostolus *Eph. IV. 8.* per ἔδωκε δώματα, exprimit. Jam vero Arabicum عطي & accipere, dare atque afferre significat, cui & per quod non raro לך itidem reddi solet, respondet. Non itaque exinde concludere licet, זח לכה duplicem iam olim

olim obtinuisse significationem, adeoque non modo sumere, accipere, sed & sumta vel accepta dare, afferre seu adducere alicui, hodiènum denotare? Vid. SCHERZ. syfi. Loc. XXV. §. XIII. p. 694. HACKSPAN. Annot. Theol. Philol. ad Luc. XXIV. 31. p. 376. Item Diff. nostr. de usu Ling. Arab. §. X. Rectissime adeo Lutherus transtulisset: bringe mir! modo in margine (Opferere) omisisset, conf. & Glossatores Vinarienses h. l. Id ipsum namque probatum volumus, לְקַחַת non offerre seu sacrificare, sed nude afferre aliquid, hoc loco denotare. Sane non sine Emphasi Arabs hic **أَخْدَنْ** لـي habet. **أَخْدَنْ** enim non solum cepit, accepit, sumpsit, significat, sed & inter alia عليه البيشاف idem est ac inivit cum eo fædus vel pactum. Ecquid igitur obstat, quo minus hæc Dei verba לְקַחַת ita interpretari nobis licet: affer mibi in usum fœderis? plura Sect. II. ad Thes. III. seqq. dabimus.

afferre autem Deus Abramum jubet 1.) tria בהמות nempe משורשׁ **תְּרִיכָנֵם**, עגרה משורשׁ **תְּרִיכָנֵם**, ו**תְּרִיכָנֵם**, capram triennem, ו**אַיִלְתָּן** משורשׁ **תְּרִיכָנֵם**; 2.) bina Ṭ, ut puta **תְּרִיכָנֵם**, עופורת **תְּרִיכָנֵם**, ו**גַּוֹלֶת** **תְּרִיכָנֵם**, pulium columbe. De singulis sigillatim, & quidem ante omnia de משורשׁ **תְּרִיכָנֵם** vel משורשׁ **תְּרִיכָנֵם**. Utrumque Particip. Pūal, Mascul. & Fœmin. est, a Rad. in Piel usitata שְׁלֵשׁ tertiarit, tripertitus fuit, triplicavit. Hinc varie ab interpretibus redditur. Targ. Onkel. הלתְּנָה, Raschi **שְׁלֹשָׁה** Vers. Pers. سـ. tres, habent, & sic quoque R. SAL. BEN. MELECH in f. 6. c. 2. R. CHAMA BAR CHANINA in בֶּרֶרֶת f. 20. cap. 4. Eatendum equidem מְרֻרָה, & exinde ZalKut f. 20. cap. 4. Eatendum nullibi, nisi hic, de trienni aliquo pecore dici. Hinc

לא נאמר לשון משולשת : אלא גבורי כוח כְּדֵין, והוות ומשולש לְבָז במחרה ינתק.
non designat vocabulum nisi valida, sicut dicitur (Eccles. IV. 12.) & filum triplicatum non cito rumpitur.
Conf. Ezech. XLII. 6. Sic Es. XV. (Bibl. Germ. XVI,) 5. & Je-rem. XLIX. 34. *עֲגַלָּת שְׁלֹישִׁירָה* itidem *vaccam triennem* vertunt Interpretes, ubi *Raschi* Ellipsis putat esse, dicique pro עֲגַלָּת זְרוּה *vitulam partus tertii*. Quicquid sit, nos hic omnino Græcæ LXX., Vulgatæ, Tremellio-Junianæ, Lutherique Versionibus adstipulamur, atque בָּרֶת תְּלָהָת שְׁנִין *filiam triennum annorum*, i. e. *triennum*, prout Jonathan explicat. **Conf. POLI Syn. Crit. Tom. I. f. 159.**

§. V.

vitulam, ad mentem Targ. Jon. Vers. Sam. Vulg. Tremell. Jun. & Germ. Lutheri, non *vitulum*, ut volunt Targ. Onkel. Vers. Syr. Arab. Pers. item *Raschi* & R. **CHAMA BAR CHANINA**, supra citati, significare, sole meridiano clarius est. **LEIGH Crit. Sacr. V. T. R.** עֲגָלָה ab עֲגָלָה, quod orbiculatum circumsaltet, dici putat. Hinc *vitulam* notat, τῇ quoad ætatem nonnihil contradistinctam. Ejusmodi vitulam decollandam, eaque cædem autoris incerti expiandam, adhibitis certis ritibus, jubet Deus Deut. XXI. 3. seqq. ubi ita describitur : *עֲגָלָה בְּקָר* . אשר לא עובר בה אשר לא משכה בעורק Rue von den Kindern damit man nicht gearbeitet hat/ noch am Joch gezogen hat. *Quem locum impostor ille Muhammed, Coran. Sur. II, de Vacca, v. 63. 65. eundem decollandi vitulam ritum, admixtis hinc inde more solito segmentis ac mendaciis, tradens, hunc in modum exprimit:*

اَنْهَا

(29)

لَهْمَةٌ لَا قارض ولا دُكْر عَوْنَانِ دَكْنَى
 لَذْهَبَةٌ لَا ذَرْعَةٌ لَا ذَلْكَوْلَ قَشْتَرَ الْأَمْضَ وَلَا
 قَسْتَرَيْ أَكْرَمَتْ مَسْلَمَةٌ لَا شَبَّرَةٌ فَيَقْبَلُ

Sit vacca non annosa, neque primipara, sed media aetatis inter bas; sit vacca non utilis ut aree terraro, neque ut riget arvum, sit sana, in qua nulla macula. Quæ ipsa Muhammedis descriptio מִרְאָה potius quam תְּלַעַן convenit. Plura de hocce ritu qui volet, loca citata adeat.

Ad יְהֹוָה jam pergiumus, quod ipsum semper Forminum, capram scilicet, denotat, Masculinum nunquam, ut pote quod describi solet, v. g. per שֵׁעֶר עֲזָזֶם זָכָר הַמִּסְבֵּךְ bircum caprarum, marem integrum, Levit. IV. 23. Hinc peccat sèpè citatus R. CHĀMĀ BAR CHAN. qui יְהֹוָה Masculinè interpretatus est. Huic γάρ Græcum αἴγας, quod LXX. adhibent, ortum debere videtur.

Restat ultimum ḥ. בְּהַטּוֹרָה, quorum hic fit mentio, נְמֵפֶת nempè, quò nomine à robore dicunt arietem Hebræi, qui, interprete R. A. ESRA, est הַכְּבֵשׂ האֲגֹרֶל ovis magna. Ideoque Jonathan male per בְּרֹחָה, quod bircum propriè caprarum notat, transtulit. Cæterum qui per מִשְׁוְרֵת trias innui volunt, unanimiter legunt: vitulas tres, ♂ capras tres, ♂ arietes tres, ast perperam, ut paulò antè monstravimus.

Sequuntur jam duæ species חָדָר & גָּנוֹל.

רוֹר Tarturem literis iisdem & significatione refert. Consentient versiones, & voce שְׁפָנִין, quam Chaldaei habent, Syrus, Samaritanus & Arabs utuntur. Vide-

D

tur

tur quidem Persicum قلمرو (seu potius legendum) coincidere cum Hebr. חור, ast non *turturem*, sed *pbasianum*, quem Turcae تورون appellare solent, notat, &, nisi fallimur, Arabico تورج aut Graco ταύρεις affine est. Dicitur autem חור *turtur*, non tantum à voce, quam edit, sed quoque à circumrotatione, & exploracione, id quod Rad. חור, Arabicæ شعير, unde شفنيب est, ratione significationis haud incongrua, innuere quibdam videtur. Conf. LEIGH Crit. Sacr. V. T. R. f. 262.

גוזל pullum columbinum, quod rapinae sit expositus, suffragantibus nobis versionibus, interpretamur. יוננה etenim columbam, גוזל pullum avium, in specie columbarum, denotar. Marem eundem fuisse, præ cæteris R. A. ESRA contendit, aliosque secutus, per בן יונה explicat. Nonnulli plures fuisse putant, hinc Raschbi הורוּס וּבְנֵי יְהוָה *turtures & filios* i. e. pullos columbe, addit.

§. VI.

Vers. 10. וַיַּקְרֹב אֶת כָּל אֶלְמָן וַיִּattulit ei omnia ista) Hic non modò expresse significationem verbi מפל, quam §. IV. voluimus, conspicere licet, sed & Interpretes Latini, Versionum in opere Anglicano exhibitarum, notandi veniunt, quod Sam. פל, Syr. סל, Pers. باو & Græc. αὐτῷ per sibi transtulerint, adeoque firmiter propriæ ליקח significationi inhæserint, quasi Abram sibi, i. e. perse, ac tantum sui ipsius gratiâ, hæc omnia sumpsisset.

בָּהָר (ז' זיבחר אה) בָּהָר perinde est ac חצחה, in duas partes divisit, dimidiavit. Eadem responderet Chald. פלאג, Syr. ↗, hoc loco

pariter

כָּרְתָּה לְשָׁנִים Jerem. pariter atque Gen. XXXII. 7. item nec non Samarit. פְּנַי, Arab. شَطْر. Recte proinde RaScbl: חַלְקָה כֵּל אֶחָד לְשָׁנִים וְלְקִינּוֹת divisa unumquodque horum animalium in duas partes. Hanc sententiam & omnes Versiones amplectuntur. Vid. & Falkut, f. 20. c. 1.

כְּ וַיַּחֲזַק collocavit enim hoc loco non dare, (undè malè Persa vertit,) sed ponere, collocare, significat, quò sensu Gen. I. 17. כְּ וַיַּחֲזַק collocavit ea, dicitur.

אִישׁ בְּתַרְוֹ לְקִירָאָתָּה רָעָה regione alterius) Hebraismus est, qui verbotenus sonat virum partis ejus in occursum amici sui. Benè Lutherus: und legt je ein Schild gegen das ander über. Ita Gen. XI. 3. dicitur: וַיֹּאמְרוּ אִישׁ אֶל רָעָה unus ad alium, vel, dixerunt invicem; Luth. und sprachen. Porro Gap. XLIII. 33. וַיַּחֲזַק האנשִׁים אִישׁ אֶל רָעָה admirati sunt viri, vir ad amicum suum, i. e. invicem; Luth. Des verwunderten sie sich unter einander. Conf. & Gen. XXXVII. 19. Nam etiam, רָע, אִישׁ, בָּל, & alia hujusmodi voces, quandoque latissime sumuntur pro quislibet, uniusquisque &c. quandoque etiam planè sunt pleonastice. Hinc R. A. ESRA ad hæc verba notat sequentia:

רָע כִּי מָלָת אִישׁ כְּמוֹ בָּל
ובן איש מלוכה והאיש גבריאל ובי' בל כמו עצם ה' חבר
ובן איש בלועל ספוך גם בן בחירות ובכירות אשה אל
אתותה נתן בתה כל איש לקירות רעה כי הבהמת
איש scito, quod vocabulum sic
ובל generalē non raro sensum habeat ac
בל החלומות (i. e. eundem generalem non raro sensum habeat ac
בל בעל, quando v. g. dicitur Gen. XXXVII. 19. בָּל בָּל somniator; Gen. XII. 13. בָּל בָּל faciliati,) sic dicitur
והאיש גבריאל (i. Sam. XVII. 33.) איש bellicosus,

& Gabriel, (*Dan. IX. 21.*) בְּעָרֵךְ *sicut res ipsa*; *fit*
quoque dicitur איש בלויל *nequam*, (*2. Sam. XX. 1.*) Ita
etiam componitur cum animantibus *&* *aulae* אֲשֶׁר אֱלֹהִים *sc.* יְהוָה ad aliud, (*Exod. XXVI. 3.*) *Collocavit itaque*
Abram dimidium uniuscujusque e regione alterius, quoniam
jumentum & homo duo sunt.

aves) Collectivē hoc locō *צְפּוֹר* est accipiens-
dum, atque *turturem* & *pullum columbinū* simul includit,
hinc R. A. *ESRA* addit: *tur-*
turem scilicet & pullum columbinum, *צְפּוֹר namque est nomen*
generale. Observandum hic nobis meretur, circa vocum
עַזְבָּר, עַזְבָּר & *צְפּוֹר* כנְתַת explicationem non unam mentem Phi-
lologorum deprehendi. Alii עַזְבָּר *aves grandiores*, עַזְבָּר *aves minores*, כנְתַת omne alatum indicare putant; *MERCER-*
RUS dicit עַזְבָּר *quasvis aves generaliter significare*, עַזְבָּר au-
tem *minutiores*, & in specie *passeris*. Sed hæc, sententia R.
A. *ESRAE*, suprà allatæ, adversantur. Evolvi meretur
Celeb. JOB. LUDOLFUS, Diff. de Locustis, Part. II. c. 18. seqq. Differentia ex mente ejus hæc est: עַזְבָּר in genere *omne vo-*
latile notat, cui *Gen. VII. 14.* statim subjunguntur species
per *אֲסִינְדֶּרֶוּ*, *צְפּוֹר* & כנְתַת. Quare *צְפּוֹר* denotat *omnes a-*
ves, propriè sic dictas seu *plumigeras*, non parvas tantum,
sed etiam maximas, *Deut. XIV. 12. 18.* עַזְבָּר כנְתַת *vero inse-*
cita volatilia exprimit. Hoc modò si accipias hæc tria, ele-
gantissimè locum *Deut. jam cit.* nec non *Ezech. XVII. 23.* &
Psalm. CXLIX. 10. explicabis.

Sicque *versus 9. & 10.* pellustravimus, quorum in *Zen-*
norena f. 13. col. 4. talis extat interpretatio Germanica: *תְּמַךְ*)
(*Das ist Deutsch / nim mir ein Kalb / und ein*
Ziege / und ein Widder / und ein Eichelsaub / und ein
junge

junge Taub &c. Und Abraham hat die בָּהַמְּתָר von einander gehackt auff zwey Stück / und hat gelegt ein Stück auff die Seit / und wieder ein Stück auf die ander Seit ic. Und Abraham der hat zuhackt alle die בָּהַמְּתָר und den Vogel hat er nit zuhackt ic. Applicacionem, quam ibi inserunt Judæi, Sect. II. reservamus. Sucecedat jam.

S. VII.

Vers. 17. וַיֹּהֵי הַשְׁמֶשׁ בְּאַחֲרֵי שֶׁבֶת fuit Sol occumbens) Ita hæc verba Editores Operis Anglicani interpretantur. An alii rectius & fuit, condito jam Sole, cum Vulgata reddant, ipsi judicent. Rasch. Ellipsis esse putat, dicique pro וַיֹּהֵי רַכְבָּר וְהַ autumat, & simul loca parallela Gen. XLII. 35. 2. Reg. XIII. 21. citat. Derivatur שְׁמֶשׁ, ut quibusdam placet, à Chald. שְׁמַשׁ ministerare, quoniam Sol in administrando lumine totius mundi minister sit. Ratione Generis sâpe variat. Additur eidem hoc loco בְּאַחֲרֵי Partic. Fœm. Verbi ire, ingredi, &c. Dicitur enim ingredi seu subire de sole occidente, quod terram & oceanum subire videatur, Gen. XXIX. 11. Exod. XXII. 25. Deut. XXIV. 13. Jud. XIX. 14. Sicuri נִצְרָן, egredi, adhibetur, cum manè oritur, Gen. XIX. 23. & alibi. Cæterum quæ paulo ante, vers. 12. extant verba יְזַעַן לְבָנָן & fuit sol ad ingrediendum, i. e. cum prope esset sol, ut occumberet, non sine singulari Emphasi indicant, ea, quæ à vers. 12. ad finem usque Capitis recensentur, non uno eodemque tempore & modo, sed alia ante occasum adhuc solis Abram dormienti, alia verò post occasum solis eidem vigilanti, evenisse. Hinc sensus Capitis totius fluit talis: postquam Deus Abram per בְּמַחְזָה sionem

sionem allocutus fuerat, simulque nonnulla sibi afferenda postularat animalia, *vers. 1. - - 12.* tunc & eidem Abramō, sole jam ad occasum vergente, futura prænunciat, & quidem in sopore gravissimo constituto, *v. 12. - - 16.* Ast vero, sole jam conditō, ac vigilante iterum Abramō, quæ à *vers. 17. ad fin. Cap.* memorantur, contingunt. Conf. hic omnino §. III. Neque est quod de hac dubitemus sententia. Licet enim expressis verbis non addatur, Abramum de sopore isto evigilasse, tamen id ipsum evincunt, quæ *vers. 17. seqq.* facta perhibentur, luculentissime, cum non potuerint ea non in vigilia accidisse. Adam *Gen. 11. 21.* immis̄ Divinitus ejusmodi sopore, obdormivisse quidem, non tamen evigilasse iterum, dicitur, ecquis verò eundem in somnio locutum esse *Ibid. vers. 23. 24.* afferat? Ergo & h̄c locō apparitio furni fumantis, & flammæ transitio per segmenta, imò universa foederis sanctio, vigilante, non somniante adhuc, Abramō, peracta sunt.

וְעַלְתָה הַרְיָה (caligo erat) Rabbini ut plurimum per *tenebras*, alii, quod perinde est, cum Tremell. & Jun. *cæcam noctem*, interpretantur. Innuit enim *עלטה caliginem & tenebras maximas*. Hinc intelligendum tempus illud من أفیال الظلام في الشرق ex quo tenebre orientem occupant, ut Arabes definire solent, POCOCK. Annot. ad Carm. Tograi, p. 88. id est, ipsa prima noctis vigilia. Dividebant antiquitus Iudei profundam noctem in tres vigilias, quarum quæque quatuor constabat horis. Inde in *שלש משמרות הו הלילה*: f. 3. c. 1. dicitur: ברכות ברכות, ועל כל משמר ישב הקב'ה ושואג כאריו שנ' האל טהור tres vigilias babet nox ו' in unaquaque vigilia sedet

Sedet D E U S S. B. J. ac rugit instar Leonis, sicut dicitur: Dominus de excelso rugit &c. Jer. XXV. 3. Vid. BUXT. Lex. Talm. Rabb. f. 245 b.

§. IX.

(וְהִנֵּה וְהִנֵּה) Particula hæc demonstrandi de rebus maxime notabilibus usurpari solet, præprimis cum Spiritus Sanctus, intentio velut digitus, rem quandam attentione maxima observandam monstrat. Ita *Genes. XIIIX.* miranda sane apparitio Angeli foederis, simulque promissio Isaaci, erat, & digna, quæ asterismo illo וְהִנֵּה notaretur; porro *Ez. VII. 14.* prædictio conceptionis miræ & nativitatis Messiae per וְהִנֵּה redditur notabilis; nec non *Ez. LII. 13.* eadem admirationis particula וְהִנֵּה oraculum gravissimum ibi inchoari innuit. *Conf. Zach. IX. 9.* cum *Matt. XX. 5.* & vid. plura apud *GLASS. Gram. Sacr. Lib. III. Tr. V. Can. XV.* Igitur foedus hocce inter D E U M & Abramum initum ac obfirmatum ideo præprimis attentione pariter atque admiratione dignum est, quod maxima inter contrahentes fuerit disparitas, ut post patescet.

(עַנְרָא עַשְׁן וְפִיד אֶנְרָא furnus fumans, & flamma ignis.) Recte omnino Metaphrases plurimæ, præter Græcam LXX, ubi עַנְרָא pluraliter per λαμπάδες πύρος redditur. Sic, quæ Targum Jonath. & Hieros. de Gehenna hic inserunt, nugæ sunt & somnia. Istud saltem non immerito quæritur, an furnus fumans flammam ignis simul conjunctam habuerit, an verò quodlibet separatis apparuerit? *R. A. E S R A* ait, *furnum bunc fuisse עַשְׁן מַטְנוֹת עַלְבָּד וּבְזָכוֹר לְפִיד אֶנְרָא* similem fornaci vulgari, ex quo fumus ascendit, & in cuius medio flamma est. Et Zennor. f. 14 c. t.

Gott schick't Rauch und Feuer/ und das gieng als zwei-
schen den Stücken Fleisch. Ita furnum fumantem & flam-
mam ignis simul pertransisse segmenta volunt quoque Targ.
Jon. & Hieros. aliisque. At nos flammam ignis tantum pertrans-
isse, eandemq; cum furno fumante conjunctam non fuisse, as-
serimus; maxime enim diversa iisdem significata mox demon-
strabimus. Hinc optime Lutherus: Und siehe/ da rauchte
ein Ofen / und ein Feuer/ Flamme fuhr zwischen den
Stücken hin.

אשר עבר ^{qua transibat} עָבֵר alias præterire, Exod.
XXXIII. 19. punire, Exod. XII. 12, 23. Amos. V. 17. transgredi,
peccare, Jos. VII. 11. non punire, condonare, Es. XL. 27. in-
terire, mori, Job. XXXIV. 20. significat; ast hoc loco cum
בֵין constructum, transire per medium notat, quo sensu
inter alia Jerem. XXXIV. vers. 18. habetur. Conf. Jos. III.
IV. passim.

האלת הגזירות בין inter divisiones illas) i.e. ut LXX.
reddunt: ἀνὰ μέσον τῶν διχοτομηθεῶν τότεων, per medium di-
visionum illarum. גור idem est cum בחר, quod vers. 10.
vidimus, segmentum, pars divisa. Inde Chaldaei Haruspici-
ces vocant גורין sectores quasi, quippe e victimis sectis fu-
tura prædicere solebant. Vid. Dan. II. 27, IV. 4. & conf. hic
Jer. XXXIV. 18.

§. IX.

Vers. 18. בַּיּוֹם־הַזֶּה (eo ipso die) Hæc denuo Em-
phasim haud vulgarem indigitant, simulque Lectoris atten-
tionem urgent ulterius. Triplex adest demonstratio. זאת
demonstrativum non solum וְ, (quamvis a בְּ exclud-
sum sit,) sed & ipsi Pronomini demonstrativo וְ הַזֶּה præfi-
xum

עַצְם הַיּוֹם
cum cernitur. Sicuti igitur *Genes. VII. 13.* per בָּعֵצֶם הַיּוֹם הַזֶּה, item *Cap. XVII. 23. 26.* per בָּעֵצֶם הַיּוֹם הַזֶּה, & *Cap. XXI. 22.* per בָּעֵד הַחִי, alibiique passim, ita & hic, maxime notabilia innuuntur. Dignus itaque hic ipse dies, qui meliore lapillo notetur! Ecquid enim illò acciderit, accipite:

ברית יהודה אה אברם ברית pepigit Dominus cum Abram.omo fædus) Res sane stupenda & admiranda prorsus! demonstrabit eam fusius ἐπειδὴς *Theseos IX.* Jam duo potissimum ponderanda circa hanc ipsam phrasin veniunt, quid כְּרִיה fædus, quidve כְּרִיה בְּרִית paegere fædus, significet.

ברא vel בְּרִית fædus seu pactum quamvis alii a בְּרִית esse malint, à בְּרִית eligere, scilicet comedere, omnium convenientissimè derivari posse putamus, vid. *Magnif. DN. D. CARPOZOVII Diff. de Arca Fœderis, Cap. II. §. III. p. 11. 12.* Quemadmodum enim בְּרִית, שבחה & שבית, חנכה & חנית בְּרִית, oritur, ab electione quasi conditionum, quibus se invicem obligant pangentes fœdus; addimus & à comedendo, quod in pangendis foederibus victimæ cæderentur, dareturque confederatis epulum, quam sententiam confirmat *Gen. XXXVI. 28. 30. Et XXXI. 44. 54.* Solet autem diversimode ab interpretibus verti, nimirum συνδῆση, συμβολή, συντόξευση, fædus, pactum, dispensatio, testamentum. Etenim non una semper significatio in Sacro Codice venit. Sumitur 1.) generaliter, pro quavis dispositione, etiam ea, quæ sit absque stipulatione. Ita *Job. XXXI. 1.* dicitur: בְּרִית fædus feci cum oculis meis, ubi sane nulla intercessit stipulatio, conf. *Ez. XXVIII. 18.* Sumitur 2.) specialiter, de foederibus illis, quæ homines

nes inter se invicem certis quibusdam conditionibus & partis ineunt. Ejusmodi foedera sunt Abimelechi cum Abrahamo, *Gen.* XXI. 22. *seqq.* Abimelechi cum Isaaco, *Genes.* XXVI. 26. *seqq.* Labanis cum Jacobo, *Gen.* XXXI. 43. *seqq.* aliaque. Sumitur 3) *specialissimè*, pro iis foederibus, quæ Deus pepigit cum hominibus, & vel cum universo genere humano, *Gen.* II. 15. III. 15. vel cum certa aliqua stirpe seu familia. Postrema hæc sunt vel *impropriè talia*, ubi tantum à parte Dei promissa adsunt, cujusmodi foedus cum Noacho initum *Gen.* VI. 18. IX. 9. extat, de quo in *Pref.* diximus; vel *propriè talia*, ubi ab utraque parte certa promissa & leges, quamvis ea pariter ac contrahentes longè diversæ sint conditionis, observantur. Tale foedus hoc nostrum est, quod cum Abramo posterisque ejus pepigit Deus, cuius justam delineationem *Theol.* III. *seqq.* exhibebimus. Indè dicuntur בְּרִית tabula foederis, quia legem Dei continebant, *Deut.* IX. 9. אַרְוֹן הָכְרִית arca foederis, quia in ea tabula foederis reconditæ, *Num.* X. 33. XIV. 44. Imò circumcisus vocabatur כְּנֻרְתִּים, & susceptor ejus, alias סְנַרְיָה dictus, בָּעֵל ברית, quia circumcisio ad foedus istud maximè spectabat, ceu è *Gen.* XVII. constat. Alijs vocabuli בְּרִית acceptionibus jam supersedemus. Vid. B. KRONMATERI Diff. Inaug. de pacto legali & Evang. HACKSPAN. Annot. Theol. Phl. ad Exod. XXIV. 8. p. 384. LEIGH Crit. Sac. V. T. R. ברוח f. 24. TERS. Annet. ad Gen. VI. 18. f. 25. & Gen. XVII. 2. f. 49.

§. X.

Caro בְּרִית, seu pangere foedus, Hebrais, h. c. scindere foedus, dicitur, & Chaldaicis גָּור קִם, quod idem significat; à ritu scilicet, qui adhiberi consuevit apud eosdem

dem. Quid Rabbini ad hunc locum nostrum hac de re proferant, videamus. R. A. ESRA verba ita ex. בין הבדורות. וזהו הילך והשבועה ובין העגלות אשר:plicat: כרתו לשנים על כן כתוב אחרי זאת ביום ההוא כרת יהוה. transiit inter partes divisas illas. Et hoc erat juramentum; Et sic dicitur: vitulum quem secarunt in duas partes (Jer. XXXIV. 18.) ideo scriptum est postea: et ipsò die pepigit Jehovah cum Abramo foedus. RaSchI ait: ודרך כורתי ברית לחלק בהמה ולעבור בין בתריות כמה שבן mos erat pangentibus foedus, jumentum dividere, Et transire per partes divisas, sicut dicitur ibi: & transierunt per partes divisas vituli, (Jer. Loc. cit.) Ipse autem hic Jeremias locus Cap. & vers. allegas. in fontibus ita fluit: ונחתה את דאנשימים העוביות בין בחרוי העגלות — ברכותיו אשר לא הקימו את דבריו חברות אשר כרתו לפניו העגל אשר כרתו לשנים ויעברו בין בחרוי homines, qui transgressi sunt foedus meum, quia non firmaver servarunt verba foederis, quod inierunt coram me, sicut vitulum, quem sciderunt in duas partes, Et transierunt per divisiones ejus. Addit. ibidem RaSchI: ועברו עגל לשנים ועברו בין בתריות ... והייא היה ברית וחקקה וגמורה לאמן בכתה יבחר ויזלך העבר עלות. divisas, --- Et sic erat foedus validum atque perfectum, dicendo: ita dissecetur Et בין הילך רוך ברית חברות וכן ברית אברהם אבינו בין הבדורות Sic sic erat foedus pangendi, Et sic erat foedus Abrahams, pa-

tris nostri, inter partes divisas. DON ISAAC ABARBA-
NEL f. 136. cap. 2. causam addit, cur vitulum ad-
hibuerint, istam: זה רומו שורהין כורדי והברות שניהם אם
הו הרים נכתלים במקומותיהם סדרבקים כגן העדן
בחיותו חיו שהויה מזאות מכל צד
*pangentes foedus, licet separati sint in diversis locis, tamen
federe tam arcte & firmiter uniri, sicut vitulus iste, cum
diverget, ut pose ab omni parte unitus.*

Dabimus itaque delineationem quandam ritus parti-
gendi foedera, è jam in medium allatis, tum ipsius Scriptu-
rae verbis, tum Rabbinorum monumentis, concinnatam,
quæ talis est:

Fœdus firmum ac nullo tempore violandum initur o-
lim, de certis conditionibus & pactis conveniebant, זיבחרו
זיבחרו *deinde dividebant vitulam*, אֲתָה עֲגָלָה אָנוּ כְרֹתָה עֲגָל לְשָׁנִים
ויהנו איש בחרו לкриאה, רעהו ויעברו בין הגורם או הבהירם
et scindebant vitulum in duas partes, et collocabant unam-
quamq[ue] partem e regione alterius, et transibant inter segmen-
ta seu partes divisas. Transeuntes autem hoc modo, non
solum arctissimâ lese iam uniri amicitia, considerabant, sed
& ea, de quibus antea convenerant invicem, juramento con-
firmabant, certâ quadam formulâ usi, qualem ex antecedenti-
bus colligere & fingere nobis liceat hujusmodi:
יְהִי יְהוָה האיש העובר על השבעה והברות הזאת אשר לא יקימ
את דבריו הבירורים אשר כרתו לפניו יהוה העגל אשר כרתו
לשנים ועבדנו בין בחרינו זבחת יבתר ויחלק העובר עליה:
*facias Dominus eum, qui transgressus fuerit juramentum et foedus
hoc, cum non firmiser servaverit verba fiederis, quod iniuria-
mus coram Domino, sicut vitulum, quem scidimus in duas
partes,*

partes, & per cuius partes divisas transivimus; & hoc modo
dissecetur & dividatur qui transgressus fuerit illud.

Hic igitur solitus i Hebræorum pariter & Chaldaeorum
mos erat, quem deinde ad alias gentes translatum, nonni-
hil tamen immutatum. Antiquitates perhibent. Vid. *Magn.*
DN. D. CARPZOV. *Diss. de Arca Fœd. loc. cit. p. 12. seqq.* *HÜL-*
SEM. Annot. ad Jerem. XXXIV. 18. p. 734. seqq. *DIETERICI*
Antiqu. Bibl. ad loc. eund. f. 633. ubi & ἀράλογον hisce cere-
moniis ē i. *Sam. XI. 7.* allegatur & explicatur; *PRÜCKNERI*
Annot. in Gen. XV. 10. *L. BETERLINCK, Magn. Theatr. Vit.*
Hum. Tom. III. f. 651. seqq. *POLI Synops. Critic. ad Gen. XV. 10.*
f. 169. *JOH. ELAI TERS. Annot. in Gen. f. 45.* *COCCEJI Com-*
ment. in Hagg. f. 454. & Lex. *Hebr. R.* בָּרוּחַ *BUXT. Lex. Talm.*
Rabb. R. יְהוָה f. 1992. *LEIGH Crit. Sac. V. T. R.* בָּרוּחַ *f. 311. seqq.*
Conf. D. JOH. PHIL. PFÉIFERI Antiqu. Græc. Lib. II. cap. 49.
LIV. Hist. Lib. I. Dec. 1. *POLTB. Lib. III. p. 181.* *POLTD. VERG.*
de Rer. Invent. Lib. II. cap. 15.

S. XI.

Pedem iam ulterius moventibus יְהוָה & אֱלֹהִים נָאכְרָם consi-
derandi nobis erunt.

יְהוָה esse esse istud nomen summi Dei est, quod
שְׁמָא רֶבֶת שֵׁם nomen magnum, שֵׁם אֲרַבָּע אֲחוֹתָיו שֵׁם
הַמְּיוֹחָד שֵׁם הנכבר שֵׁם nomen gloriosum, שֵׁם המפּוֹרֵשׁ שֵׁם nomen explicatum, imo
שֵׁם אֲמֹרֶת שֵׁם appropriatum, imo
שֵׁם אֲמֹרֶת שֵׁם explicatum, imo
שֵׁם אֲמֹרֶת שֵׁם appellare solent Hebræi. Omnia prima
in Sacro Codice ejus sit mentio *Gen. II. 4.* ubi Rabbini cau-
sam addunt, scilicet quod ibi demum perfecta adhiberi de-
buerisset Dei appellatio, ubi perfectum fuisset mundi opus,
prout cum primis *R. A. ESRA* *Comment. ad loc. cit.* loquitur.

שם פלאחכיר על עולם מלֵא : בָּרְךִּי dicitur : *nomen completum recordari facit mundi completi.* Græci illud vocant ἀνθρώπινον, ἄνθρωπον, ἄνθρακον, ἄφρυγον, ἀπόροντον, καὶ ἐπηγένεται μὴ δυνάμεσσον. Constat quippe אוֹתִיּוֹת הַנְּשִׁימָה literis spiritus, prout Rabbinis literæ אֶחָדִי, teste MOSE KIMCHI in מִזְלָח שְׁבִיבָה חֲדֻעָה Lib. I. port. 3. cap. 1. audiunt, hoc est, ejusmodi literis, quæ quidem consonantes sunt, sed tales, quæ, propriè loquendo, mera constant aspiratione, undè sit, ut & sèpè locò vocalium veniant, & אֶמְוֹת הַקְּרִיאָה matres lectionis vocentur. Græci ergò ista nomina voci יהוה non tribuunt ea de causa, quod Hebraicè pronunciari non possit, sed quia Græcè efferi propriè nequit; ratio est, quoniam i & u, quæ Hebr. י & ו respondent, Græci pro Vocalibus tantum agnoscant, & ו non nisi per spiritum asperum exprimere possint, adeoque nudæ vocales & spiritus absque Consonis sonum nullum, convenientem edant. Hæc & causa est, quod ubivis per נָשָׁר reddatur à LXX, quos deinceps Veteres Interpretæ Latini & Germanici, imò è recentioribus non pauci, secuti, Dominus, הָרָא interpretantur, cum majusculis tamen utplurimum literis, ne cum אֶרְוֹן confundatur. Nostrum jam non est, de genuina ejus pronunciatione litigare, cum plurimæ ea de re extent dissertationes, quæ evolvi poterunt. Nam inanes rixas, nec magni momenti esse, putamus, modò de eo inter partes conveniat, nomen hoc essentiam & aeternitatem Dei significare, atque ideo non nisi soli Deo competere. Cæterum volunt Judæi, maximè Cabballistæ, nomen יהוה esse nomen gratiæ, quod ex Exod. XXXIV. v. 6. probant, sed אלוהים nomen judicii, secundum Deus. I. 17. Psal. L. 6. 5. c. Indè in לְשָׁנָה אֶרְוֹן lit. יְהָוָה f. 1. 2. adseritur:

אם המשפט יונצא לרומים נקרא מהוה ואם המשפט יונצא *cum sententia egreditur ad clementiam, tunc vocatur ειρηνη, cum vero sententia egreditur ad iudicium, tunc vocatur αλληλουα. אליהים. Vide lectu-dignissima plura passim in Libro JEZIRAH, à RITTANGELIO edito; LEUSD. Pbil. Hebr. Diff. XXX. & Pbil. Hebr. Grac, Diff. X. BUXT. Lex. Hebr. sub. R. ב' הוה ב' אליה ב' c.*

§. XII.

אברהם primum sanctissimi Patriarchæ V. T. nomen erat, quasi אב רם patrem excelsum designans, à Deo tamen ipso immutatum postmodum, ut sit אברהם inserto ה, vocis *אברהם* indice, & denotet אב המן נזירים gentium, ex interpretatione Divina Gen. XVII. 4. 5. Est vero Abraham non solum Judæis, sed Muhammedanis quoque venerabilis. Hinc variis honoratur Epithetis. Rabbini eum tum nominibus iisdem, quibus scriptura utitur, prophetam, Gen. XX. 7. אהוב dilectum Dei, Et. XLI. 8. (Conf. Jac. II. 23.) עמודו של עולְם עולם columnam mundi, caput omnium iustorum, imdum maximum inter Enakim, i. e. Astronomos, quod maxima scientia Astronomia fuerit in corde ejus, vocant. Probant enim eundem Astronomia deditum fuisse ex ipso hoc Gen. XV. 5. ideoque in libro Part. IV. §. XVII. leguntur sequentia, digna huc referri: דרשנו רבוינו זל בוועצא אוווע החוצה אל צא מאצטגנינה שילך רל שצוזו לעזוב כל חכמויז ההקשירות מחכמת הכוכבים זולחט וידבק בעבודה מי טהגייע עליין בטעט כטו טעמו וראו כי טוב י' Docente Rabbini nostri b. m. ad illa verba: ב' exire fecit eum foras

*foras, Deum dixisse ipsi (Abraham) egredere ex Astrologia sua, h.e. praecepisse ipsi, ut desereret omnes scientias suas rationales, Astrologicas, & alias, & adbereret unice eis, ad quem pertigit per gustum, sicut dicitur: gustate & videte, quod bonus sit dominus, Psal. XXXIV. 9. Idem ex Eusebio confirmat R. GEDALJA, q. 94. c. 2. אמר ר' גדרליה הקבלה ששהן אכזיביאו רפרפרציאון ספר ט פ' שאכרתת הז'ר ראשון ליהמת אצתגנינהות והויא למר אותה למזרים בקטדרה גליה ולבך להם גם כן חכמתה ארוטמטיקת שהויא חכמתה במספר inquit Eusebius lib. 9. preparat. cap. 4. Abraham primum fuisse cultorem Astrologia, quam docuerit Abgyptios in cathedra publica, quos etiam docuerit Arithmeticam. Vid. Nizzachon vetus, ex recens. MAGENSEILIT, in Tel. Ign. Sat. p. 11. R. MOS. MAIM. de Idololatr. Cap. 1. §. 5. R. D. KIMCHI, lib. Radd. voc. פור SCHERZ. Trifol. Orient. p. 108. Muhammedanis itidem non uno nomine venit Abraham. Adpellant eum Cor. Sur. XIX. 42. صديقا justum seu verum prophetam quod Turcae per prophetam Dei, exprimunt; Sur. XVII. 77. أبا المسلمين patrem fidelium; item Sur. IV. 124. amicum à Deo assumtum. Unde in pre-
cationibus suis frequenter orant: o Deus, propitius esto Mu-
bammedi, & populo Mubammedis, كـما صليت وصليت، وباركـت وباركـت عـلـيـكـمـي، افراءـهمـي
وعـلـيـكـمـي الـأـبـرـاهـيمـيـمـ فيـالـعـالـمـيـنـ*

sicut propitius fuisse, & conservasti, & benedixisti, & misericors fuisse, & valde misericors fuisse erga abraham, & populum

populum Abrabami, in secula; Item سُجَّب دعائِي
 ق آبراهَمْ يَمْ خَلِيلَ اللهِ exaudi pre-
 tationem meam propter iustitiam Abrabami, amici Dei. Quan-
 ti itaque eum faciant, inter alia MScriptum quoddam, titu-
 lo كتاب منبة المصلى gaudens, nostroque supel-
 lectili Orientali insertum, paslim testatur uberius. Restat
 jam ut de patria, nativitate & Religione Patriarchæ nonni-
 hil proferamus in medium. Natum eundem in אָרֶן כְּשִׁירִים
 Ur, Chaldeorum regione vel urbe, patre זָהָר Teraib, è
 Semi progenie oriundo, è Gen. XI. 10. seqq. accipimus. Lo-
 cum verò illum ab אֹר igne, quem pro Deo coluisse Chal-
 dæos constat, nomen sortitum fuisse, verosimile admo-
 dum videtur, conf. D. CHRIST. MATTHIAE Hist. Patri-
 arch. de Abr. cap. II. §. V. p. 172. TERS. Annot. in Gen. X.
 28. f. 35. HOTTING. Smeigm. Orient. Lib. I. cap. 8. p. 293 seq.
 Natæ inde Judeorum, Turcarum & Persarum fabellæ, Abra-
 hamum inter alia parenti suo pariter atque Nitrodo, aliis-
 que, Idolatriam exprobasse, ignem adorare noluisse,
 statuas & imagines confregisse, eaque de causa in ignem
 quidem conjectum, Dei ramen auxiliorum ereptum ac libera-
 tum fuisse; Vid. RAMBAM de Idol. I. c. 5. lib. III. c. 20. R. GEDALIA loc. cit. p. 8. JALKUT f. 20. c. 3. 4.
 Cor. Sur. xxi v. 52. seqq. & Sur. xxix v. 15. seqq. SCHICH
 SADI Rosar. Pers. de abr. ab OLEARIO edit. Evidem si
 Religionem spectemus Abrami, dupli facie ea sese nobis
 siste. Aliam quippe agnovit in statu corruptionis, aliam in
 statu conversionis. Hæc paulò infra è Tbesi I. colligenda
 facilè erit, itaque de illa, Idolatria scilicet, cui more pa-
 triò deditum fuisse primitus ostendemus, proferamus non-
 nulla in presenti. Pauti nostratum concedere, Patriarcham

hac labo notatum fuisse, nolunt, sed idem statuunt cum **EL-**

MACHINO, p. 32; qui expressè adserit: **الخليل** مـ كـان

يـعـبـدـ الـلـهـ تـعـاـيـ وـلـمـ يـعـبـدـ مـعـبـونـاتـ الـأـسـمـ

Amissus Dei, p. m. colebat Deum excelsum; gentium Idola non colebat. Alt, quis contrarium è *Jos. XXIV. 2. 3.* evinci posse non videt? *Conf. & h. l. MATTHIÆ bift. Patr. loc. cit.*

Quænam ergo erant ista dogmata & deliramenta, quorum succum simul cum lacte matris suixerat hic noster? Sane scri-

ptorum Orientalium haud paucorum consensus nos moveret, מורה הנבוכיס ב- *Lab. III. cap. 29.* quæ citat *HOTTING. Hist. Orient. lib. I. cap. 8.*

معلوم أن p. 246. adhibeamus fidem, & cum eo adseramus:

אברהם אבינו עֶזְרָא נִשְׁאָבֵי מַלְאָכָת הַסְּדָרָה וְמִן הַגְּדוּלָה

certum est, Abrabamum patrem nostrum p. m. educatum esse in Religione Sabaeorum, eorumque sacra, in religione puta

الكلذبيين Chaldeorum, qui Sabae-

rum vulgo nomine noti sunt, Vid. HOTTING. loc. cit. p. 248.

265. seqq. ubi simul dogmata eorum ordine exponit, ac testimoniis Orientalium confirmat. Eosdem inter cætera se-

ptem planetas pro Diis Deabusque coluisse cum primis, cer-

tum est. Nacti sumus aliquando MScriptum quoddam A-

rabicum, antiquitate maximè conspicuum, (quippe cha-

ractere valdè obsoletò, quem non male Cuficum augura-

mur, exaratum est,) cuius autorem iisdem hisce erroribus

primum addictum fuisse, vel inde nobis persuademus, quod

sub calcem Libri, solitis apud Arabes precandi formulis re-

ferti, schema annexat, cultum planetarum Sabæi usitatum

exhibens, cuius summa huc redit: solebant Sabæi quemli-

bet diem in septem partes dividere, quales & hodienum Arabes agnoscent, scilicet صَدْحٌ بَيْنَ ظَهْرٍ وَّ صَدْحٌ بَيْنَ صَلَاتِي صَبَرٍ adpellatas. Itaque prima die

septimanæ adorabant summo mand SOLEM; post Solis ortum Venerem; prope meridiem Mercurium; ipsa meridie Lunam; statim à meridie Saturnum; tempore reliquo pomeridiari Jovem; Vespere Martem. Jam verò secundâ die initium à LUNA faciebant, quam statis temporibus sequebantur Saturnus, Jupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius. Sic tertia die MARS, quartâ MERCURIUS, quinta JUPITER, sextâ VENUS, septima SATURNUS, primas tenebat. Atque hoc modò non solum unaquaque septimanâ, sed & quavis die, omnibus cultum detulerunt planetis Sabæi, ordine, ut vidimus, quotidiè nonnihil immutatò. Confer cum hisce quæ habet HOTTING. loc. cit. p. 267. 280. Quæ cum ita sint, facile cuivis licebit colligere, undè nata sit Judæorum opinio, quam suprà recensuimus, Abramum Astronomiæ fuisse deditum. Neque enim de antiquitate hujus religionis erroreæ, neque de duratione ejusdem ad sextum usque post natum Christum seculum, Muhammedismò jam longè latèque in orbem dominante, dubitare nosmet sinunt Historiarum monumenta, id quod jam citatus HOTTINGERUS accuratè monstrat.

Quantum igitur summi Numinis deprehendimus misericordiam ac bonitatem, quæ Abramum è tantis tenebris educere, cum eo foedus inire, ex infideli fidelem, imò patrem omnium fidelium, facere, eidem & semini ejus, perq; illud omni semini, benedicere, dignata est! ò gratiam im-

mensem aeternumque depraedicandam ! Vid. D. LYSERI
Trifol. Vera Eccles. V. T. de Relig. abrahamit. p. 32. seqq.

§. XIII.

לְרוּעֵך Semini tuo) זָרָע proprio Semen herbarum & fructuum, Gen. I. 11. seqq. ast non raro per Metonymiam, causæ filium notat, ut Gen. III. 15. IV. 25. XV. 3. XXI. 13. imò & collective aliquando, per Syncdochēn, pro tota posteritate adhibetur, ut hōc locō & Cap. præc. XII. 7. XIII. 15. 16. alibique. Conf. GLASS. Rbet. Sacr. Tr. I. cap. I. p. 21. LEIGH Crit. Sacr. V. T. R. וְרֹעֵך f. 59.

דָּבֶן) scilicet לאזרות עוזים in possessionem perpetuam, Gen. XVII. 8. Observari hic meretur, quod Præteritum, in promissionibus vel vaticinis adhibitum, majorem indigit certitudinem. Sic Ef. VII. 14. ecce virgo concepit, i. e. certè concipiet &c. Ef. LIII. 4. אַנְכִּי חֲלֹוּנוּ וְרָאָתָה נָשָׁא languores nostros ipse tulus, i. e. certè feret Messias &c. & aliis in locis plurimis. Ergo certè certius dabo, valet. Nam, ut verba RaSchi faciamus nostra, אמרתנו של ה' ב' באלו והיא עשויה as si factum esset. Conf. Gen. XIII. 16. XVII. 4. 5. seqq.

הַאֲרָצָה דָּתָת terram hanc) Terram, in quam te ex Ur Chaldaeorum duxi, אֲתָּה כָּל הארץ אשר אלה אֲתָּה אֶתְּחַדֵּשׁ אתה מן המקום אשר אתה שם צפנה ונגבה וקדמה ורומה: ראתה מִן הארץ סְגִירֵךְ אתה כל הארץ כנען: omniem terram quam dides, à loco, ubi es, versus septentrionem, & versus meridiem, & versus orientem, & versus mare, terram peregrinam tibi, omnem terram Canaan, prout ipse loquitur Deus Gen. XII. 1. 7. XIII. 14. 15. XVII. 8. Eadem hæc terra postmodum Isaco promittitur, Cap. XXVI. 3. & Jacobo, Cap. XXIX.

23. ad quem postremum locum Judæi mirè ineptiunt, dum
in Zennorena f. 26. c. 3. (& Jalkut f. 35. c. 4.) proferunt se-
quentia : da frage רְשֵׁי ein קַשְׂיָא, was vor ein חִזְרָא hat
בְּחֵת zugestagt zu geben Jacob die Erd / daß er drauf liegt/
wie groß ist der Plag / daß man drauf kan liegen? der חִירָא
ist / hat unter Jacob gewisckelet das ganze Land אֶרְאֵן
יִשְׂרָאֵל (Jalkut addit : כְּפָנָקָס *instar pugillarium*) und hat
gesagt / die Erd / da du drauf liegst / die wil ich deine Kinder
geben. Risum teneatis Lectores ! Linquimus ineptias, &
ad rem redimus. Adduntur jam termini terræ hujus pro-
missæ,

מִנהָרָ מִצְרָיִם עַד־הַנֹּהָר הַגָּרֶל נֶהָרָ פְּרָתָ
אֶgypti, usque ad fluvium magnum, fluvium Euphratem)
nullum alium quam Nilum hic notat, unde
Jonath. reddit : מִנְיָרָוָס וּמִצְרָיִם à Nilu Egypti. An verò
Nilus ad mentem Vers. Arab. & Rabb. ad Gen. II. 17. idem
sit cum פִּישְׁוֹן, an verò secundum Lutheri aliorumque sen-
tentiam cum גִּרְחֹן, nolumus jam disquirere. Ceterum
Emphasim quandam importare videtur, quod flu-
vius Euphratis denominetur הַנֹּהָר הַגָּרֶל fluvius magnus.
Nam fluvius ille Paradisiacus, qui factus legitur לְאַרְבָּא־
רָאשִׁים in quatuor capita, hoc est, quatuor alveis totum
hortum permeabat, Genes. II. 10. à plurimis pro Euphrate
venditatur, ita ut quartus fluvius, cuius ibid. v. 14. fit men-
tio, per Synecdochem totius pro parte פְּרָתָ Euphrates di-
catur. Vid. LEIGH Crit. Sacr. V. T. R. f. 191. TER. Annotat. in Genes. II. vers. 10. fol. 13. De confinibus hisce
terræ sanctæ conf. Deut. I. 7. 8. XI. 24. Jos. I. 4. XV. 4. 47.
I. Reg. IV. 21.

§. XIV.

Cerōnidis nunc vicem subeat idem hic locus nō
stet, prout vertumnus iste Muhammed in Coranum, Sur.
II. vers. 262. eundem transtulit, ut pateat, quomodo plu-
ra ē Sacro Codice, per solitam sibi κακογύλας, nugis at-
que figmentis suis, corrupta tamen & immutata, inseruerit.

وَأَنْ قَالَ إِبْرَاهِيمَ رَبُّ امْرِنِي كَيْفَ تَحْبِي
الْمُوْقِي قَالَ أَوْلَمْ تَوْمَنْ قَالَ بَلِي وَلَكِنْ
لِي طَبِيبَنْ قَلْهَتِي قَالَ فَخَنْدَ أَرْبَعَةَ مِنْ
الْطَّبِيبِ فَصَرَ هَنْ إِلَيْكَ ثُمَّ اجْعَلْ عَدَيْ
كَلْ جَيْلَ مِنْهَنْ جَسْرَ ثُمَّ أَنْهَنْ
بَاتِيَةً كَسْعِيَا وَاعْلَمْ أَنَ الْلَّادَهُ كَنْدِيزْ حَكِيمَ
Et cum diceret Abram: Domine, offende mibi, quomodo
vivifaces mortuos; dixit: annon credis? dixit (Abrabam)
maxime (credo); sed tamen ut acquiescat cor meum (hoc
signum expeto). Dixit (Deus): accipe ergo quatuor ex a-
ribus, & divide eas tibi, deinde collocā super omnes mon-
zes de partibus dissectis, deinde voca eas, venient ad te ce-
leriter. Scito ergo, quod DEUS sit potens & sapiens!
Vides Muhammedem stercora quæsivisse in margaritis,
& historias sacras in ineptissimas fabulas transformasse.

Et tantum Sectioni huic Exegetice inserere nobis vi-
sum fuit, undē de Emphasibus ac significationibus vocum
pariter & phrasium, satis jam constare putamus. Succedat
itaque

SECTIO

SECTIO POSTERIOR DOGMATICA.

THEISIS I.

Abram Propheta fuit propriè talis.

Οικαντίς Ἑβραῖοι προφητάν, (quod Syriaco
نَبِيٌّ, Arab. نَبِيٌّ, harmonicum est,) olim aliò
nomine 1. Sam. IX. 9. & 2. Paral. XIX. 2.
בְּנֵי אָהָרֹן, à visionibus Divinis, dictum. Non undò autem modò
in Sacris literis sumitur, quamvis R. ABEN ESRA ad Exod.
VII. 1. velit. רַק פִּירְשׁוּ הוּא בְּנֵי שָׁגֵל הַלּוּסֶרֶי כִּרְךָכִּר אָמָן,
בְּנֵי אָהָרֹן non esse dicendum גַּלְהַ סָדְרוֹ אֶל עֲבָרִיו הַבְּנֵי אָהָרֹן
cui Deus arcana sua revelaverit; ita enim baberi (Amos.
III. 7.) quoniam revelavit arcانum suum servis suis Prophe-
tis. Nam non solum propriè eum, cui divinitus futura re-
velantur, adeoque futurorum prænuncium & præconem,
significat; sed & impropriè Prophetarum interpretem, eo-
rumque relationis explicatorem notat, quòd sensu Aaron
propheta Mosis, Exod. VII. vers. 1. coll. cum IV. vers. 10. 14.
16. Cantores in templo prophetæ, 1. Paral. XXV. & omnes
Canonici Scriptores V. T. à Christo προφῆται, Luc. XXIV. 27.
adpellantur. Plura vide in Magn. DN. D. BECHM. Annos.
ad Comp. Hutt. Loc. I. qu. 1 §. 7. HÜLSEM. Comm. in Jerem.
premiss. Diff. de prophetia in genere; BUXTORF. Maniss.
ad Lib. Cosri pag. 412. seqq. JOH. WANDAL. Diff. de Propb.
§. III. TERS. Annos. in Gen. XX. 7. f. 61.

Quo

Quo verò res omnis clarior evadat, requisita & notas quasdam Prophetæ propriè talis, ex ipsa Scripturæ & Hebraeorum mente, dabimus, simulque an de Abramo, qui Gen. XX. 7. expresè audit, simile quid adserere nobis liceat, dispiciemus.

البركي من الندوات في الجسم والكمال في كل مخصوص

Primo requirebatur, ut esset idoneus ad recipiendam prophetiam, adeoque munus à turpitudine atque infamia exprobationis, & à visu corporis: perfectus in omni desiderabili, ex descriptione Veterum Arabum, teste HOTTING. Hist. Orient. loc. cit. pag. 282. ואין הנכואה גלה אלא על חכם גרוול בחכמה גבר במרותו ולא יצרו מהגבר עליו כרך בעורס אלא הוא מהגבר ברעהו על יצרו המיר והויז בעל רעה רחבה נינה ערך non enim cadit prophetia nisi in sapientem, excellētem sapientiā, prævalentem affectibus suis, in quem non dominatur rei mundane concupiscentia, sed qui semper ratione superat appetitum, ac preditus est intellectu amplio, valdeque ordinato, dicente RAMBAM, in יסודו ההורה Cap. VII. §. I. Videant Muhammedani exinde, quo antesignanum suum referant, qui se ipsum, Cor. Sur. VII. vers. 157. alibique النبي الذهبي prophetam idiotam, qui nec legere nec scribere novit, nominaverit. Cæterum recte Rabbini istis requisitis instructum Spiritu Sancto repletum autumant, ut videre est in RADAK pref. in Psalmos. Cumque ejusmodi iuravimus ex Deo sit, dicente Apostolo 2. Cor. III. 5. eandem & Abramum à Deo accepisse, certum est, mediante scilicet

vocatione, Gen. XII. i. & vivificatione ejus, qui anteā mortuus erat, quōd sensu Apostoli verba Rom. IV. 17. accipienda videntur. Faciunt huc quæ habentur in Libro Part. II. §. XIV. Edit. Buxt. והלְיָה תְּרָא אֶת־הַוּתָק אֶבְרוֹהָם מִאֶרְצֵךְ כִּי־אֲשֶׁר־הַאֱלֹהִים וְהַיְהָ אָז רָאוּ לְהַדְבִּק בְּעַנְיוֹן־הַאֱלֹקי וְהַיְהָ nonne Abrabamo quoque, cum ē terra sua translatus fuit, prosperē omnia cesserunt, & aptus sum factus est, cui adbareret res divina, quique esset cor peculii illius? Et paulo post, §. XVII. ואֶת־אֶבְרוֹהָם שִׁירְבָּק בְּעַנְיוֹן־הַאֱלֹקי וְשִׁיכְרוֹת עַמּוֹ חֶבְרוֹת אֶלְעָזָר אֶחָר־שִׁיחָה בָּאָרֶץ Abrabam ipse non idonens fuit, ut adbareret rei divina, & ut fœdus cum ipso pangeret (Deus), nisi posteaquam fuit in hac terra, in Divina illa statione, inter segmenta.

Secundo, ut quis Propheta in sensu proprio dici posset, necesse erat eidem הנבואה propheticans divinitus fuisse oblatam, sive per visionem, per somnium, sive quocunque modō aliō, de quibus Sect. I. §. III. & VII. diximus, quando ē Cap. XV. nostro probavimus, Deum allocutum fuisse Abramum per visionem וְהַרְדָּמָה הנבואה propheticum, conf. בָּר פָּרְסָר; imò, si textum nostrum penitus inspiciamus, docemur inibi, Deum eidem singulari planē modo futura revelasse, quod Thesis VII. obscurè innuunt, Abramum in spiritu Prophetico vidisse quoque visiones de Messia, ejus incarnatione, passione, morte & resurrectione, non secus ac Esaias, Zacharias, & alii Prophetæ. Neque incongrua est sententia AVGUSTINI, dum contr. Max. Lib. III. cap. 26. in hæc erumpit verba: Sed cum dixerit Christus, Abramam concupivit videre diem

meum , & vidit , & gavisus est , cur non diem Christi intelligimus tempus Christi , quo erat venturus , in carne , quod Et Abram , sicut & ali Prophetae , in spiritu portauit videre & gaudere ! Hæc ille . Vid . FRANZ . Schol . sacrif . Differt . IV . § XLIX . MTTH . biss . Patr . I . c . p . 183 . § XX . CALO - VII Tbeol . Posit . Part . III . Sect . II . Cap . II . Tbcf . 3 . pag . 401 . seq .

Tertio solebant Prophetæ revelationes seu visiones sibi oblatas vel describere & publici juris facere , Habac . II . 2 . coll . cum Ef . XXX . 8 . Jerem . XXXIV . 2 . vel easdem pariter atque vaticinia pro concione quasi populo recensere , id quod abunde omnes testantur , quotquot nomen נביה propriè sibi vendicarunt olim . Vid . FRANZ . loc . cit . § XXIII . seqq . Et nostrum quoque familiæ suæ aliisque de divinitus sibi revealatis fuisse concionatum , nullum est dubium . Ipse enim Deus Gen . XIX . 17 . ait : **הַמְכֹתָה אֱנִי מֶאֱרֵה בָּתָּה אֲשֶׁר אֱנִי עֲשָׂה** *num celabo Abramum quæ acturus sum ? & vers . 19 .* subiungit rationem : **כִּי רְעֵתָיו לְמַעַן** *asher yizova atah – בְּנוֹ יְגּוּ* : **quia novi eum** , *quod precepurus sit filius suus* , &c . Quoties igitur de eo legimus , quod **וַיַּקְרָא בְּשָׁם יְהֹוָה** *ad sacrificare Domino* , *& invocaverit nomen Domini* , non de nudo sacrificio & invocatione nominis Divini intelligamus , sed ita interpretemur oportet , cum simul ardentissimis precibus Deo , ex vera fide , pro insigni misericordia & bonitate , gratias egisse , ac erga suos , aliosque , inter quos tum commorabatur , de Deo vero , de creatione universi , de lapsu , de restauratione generis humani per semen promissum , de ipso semine benedicto incarnando , passuero , &c . de scopo & fine item sacrificiorum , & id genus alii , quæ ex revelatione Divina noverat , differuisse , monuisse & conciona-

tum

tum fuisse. Conf. de hac significatione verbi קָרַב XL.
 3. Vid. CHEMNIT. in Exam. Conc. Trid. p. i. p. 13. FRANZ.
loc. cit. §. L. MATTHIAE hist. Patriarch. l. c. §. XIII. Conf.
 BEBELII Hist. Eccles. Noacb. Scđ. IV. §. 2. p. 153. seqq. KES-
 SÆUS in vit. Patrum missum eum instar. Apostoli ad conver-
 tendos Sabacos, quorum Idololatriam vero Dei cultu jam
 permittarat, fusè demonstrare laborat, ceu patet ex HOT-
 TING. Hist. Or. l. c. p. 259. quæ omnia dictum Kessæum è Ju-
 daeorum monumentis hausisse, vel è sequentibus judicare li-
 cebit. RAMBAM de Idol. cap. i. § VIII. de Abramo tractans,
 addit inter alia: וַיֵּצֵא לְהָר֔ן וְהַחִיל֖ לְעִמּוֹד וְלִקְרָא֙ בְּקוֹל גָּדוֹל
 לְכָל הָעוֹלָם וְלְהָרוּעָם שֶׁוּשׁ שֵׁם אֱלֹהִים אֶחָד לְכָל הָעוֹלָם
 וְלֹא רָאוּי לְעַבּוֹד וְהִיא מְהֻרָּן וּקְרוּאָה וּמְקֻבָּץ הָעָם מִעוּרָה לְעִיר
 מִמְּמָלְכָה לִמְמָלְכָה עַר שְׁהִגִּיעַ לְאָרֶץ כְּנָעָן וּוְהָא קְרוּאָה
 וְשָׁנָה וְקָרָא שֵׁם אֶבְרָם בְּשֵׁם הָאֱלֹהִים
abiit in Haran, ibique consistens, cœpit patam loqui apud omnes homines,
ostendere, quomodo esset unus totius mundi Deus colendus.
Ibatque prædicans, et populum congregans, de urbe ad urbem,
et de regno in regnum, donec attigit terram Canaan.
Predicabat autem, sicut dicitur: (Gen. XXI. 33.) & invoca-
vit ibi Abram in nomine Domini Dei mundi. Quæ sanè
à veritate non multum ab ludere è Pſ. CV. 13. seqq. colligi-
mus. Vid. plura apud HOTTING. Smegm. Orient. Libr. I.
Cap. VIII. p. 294. seqq.

Quarto tandem pars quoque functionis Propheticæ
erat, preces fundere pro perituris, prout constat de Mose,
Exod. XXXII. II. 30. 32. Samuele, I. Sam. XII. 19. 20. Jeremia,
Jerem. XIV. v. 7. II. & aliis. Unde Arabes veteres in de-

scriptione Prophetæ, cuius anteā mentionem fecimus, ad-
فان عما لا نقض عن الاخابة وحباب في دعوة
دعت: **precans** nunquam ferat repulsam, sed in
precibus suis exaudiatur, cœlitus impetrando auxilium. Ec-
quis & hoc de Abramo memoria prolixi ignorat? Vide,
quam instantissimè pro Sodomitis intercedat, *Genes.* XIIIX.
22. *segg. conf. Cap.* XX. 7. 17.

כָּבֵד cum ita se habeant, vacillat explicatio vocis
Gen. XX. 7. quam profert tūm D. JAC. MARTINI, *de trib.*
Elob. Lib. III. c. 112. denotare scilicet ibi hanc vocem **verum**
& **sincerum** **doctorem**; tūm TREMELLIUS, qui adjecta
glossa ita interpretatur: **mibi adeò charus est**, quem si offendes,
me offendes, & **quia Propheta est**, uxorem suam scit &
se intactam esse, ac proinde eà restitutâ acquiesceret; cuius
sententiae pars posterior eandem imperfectam Prophetæ de-
scriptionem, quam *Raschi* dedit, exhibet, bene judicante
HACKSP. Annotat. Theolog. Philolog. ad Joel. II. vers. 28. p.
989. Ridicula quoque **JUDÆORUM** est sententia: **שׂרְיוֹת**
אֶבְרָהָם טפְלָה לִשְׁרָה הַנְּכִירָה: *Abrabamum à Sara*
vaticinii Prophetam quasi secundarium pependisse, uti idem
Raschi ad *Genes.* XXI. 12. adnotasse non erubuit. No-
bis jam satis abundeque habemus persuasum, jure ac meri-
tō sanctissimum Patriarcham dici posse **כָּבֵד**, Prophetam
strictè & propriè talem, imò dignum esse, qui ad mentem
KESSABI in *vit. Patr.* **أبو الأنبياء** *pater Prophetarum* ad-
pelletur.

THESIS II.

Abram non attulit vitulam & cetera animalia in usum Sacrificii.

Quamvis jam § IV. *Sect. præc.* non nihil hac de re monuerimus, ea tamen curatiū paulò examinanda nobis erit, cum præter alia & hunc locum maximè urgeant PONTIFICII, atque sacrificium, & per consequens Missam, ex eo probare allaborent.

Sacrificasse ergo iussu Divinō Abramum, simulque Missam præfigurasse, contendit præ aliis MANSIUS, *Bibliot. Moral. Tr. IV. Disc. XV. n. 7. 8. Tr. XLIX. D. II. n. 2. Tr. LIV. D. VI. n. 1.* Huic suffragantur BONFRERIUS, CORN. à LAPIDE, GERUNDENSIS, aliquique, quorum mentem vide in *POL. Synops. Crit. f. 159.* Et Canon missæ habet: *supra que propitiō vuln̄ respicere digneris, o Deus, & acceptabere, scit munera Abel, Abrabe & Melchisedeci.* Videntur opinioni isti tres potissimum favere rationes, quas passim apud Autores jam allegatos inspersas licet conspicere.
 1.) mentio fit expressa animalium in sacrificiis usitatorum;
 2.) vox שורש, quod rem triplicem notat, haud obscurè indicat, Abramum vel attulisse hæc animalia triplici causa,
 a. in usum foederis, b. in usum sacrificii, g. in symbolum terum futurarum; vel repræsentasse iisdem tria genera sacrificiorum, holocaustum nempe, oblationem pro peccato, & sacrificium pacificorum; 3.) accidit hic divisio animalium, ignis quoque partes istas dissectas transiit, & quod probabile est, combusit. Verum respondemus ad 1.) con-

cedendo quidem, nominari hic animalia in sacrificiis adhiberi solita, vid. CHEMNIT. Part. II. Loc. de Lege, cap. 4. exinde tamen argumentari non licet, sacrificata quoque ea fuisse. Consequentia enim infra modò stat talò, quoniam multa in Scriptura occurrunt loca, ubi mentio injicitur ejusmodi animalium, licet non fuerint ad sacrificia adhibita. Instant: verbum נְבָרֵךְ in sacris literis usurpatum, cum de נְבָרֵךְ oblationibus sermo est, Exod. XXV. 2. seq. & alibi, ergo & hic oblationem involvit, nimirum animalia ista in sacrificii usum fuisse adducta. R. oblationes & sacrificia maxime differunt: istae sponte dabantur Deo, Sacerdotibus & Levitis, quibus in Lege nec mensura, neq; aestimatio; hæc vero certis legibus præscripta erant, ceu Levit. I. seqq. claret. 2.) per מִשְׁלֹחַ quid indicatum voluerit Deus, infra Thes. X. videbimus, unde sponte corruent hæ conjecturæ. 3.) hic quidem sit divisio animalium, sed non qualis circa sacrificia requirebatur, Levit. I. seqq. qualis tantum circa fœdera ineunda erat usitata, prout è § X. Sect. præc. constat; sic furnum fumantem & flammarum ignis non accendisse divisiones illas, sed hanc transiisse modò legitimus, unde rectè sentiunt, qui eas computruisse, ad afflictionem & enecationem propemodùm posteriorum Abrami denotandam, augurantur.

Argumentamur itaque: *Ubi cunque non ad sunt sacrificii requisita, ibi et nullum est sacrificium; A. hic non ad sunt sacrificii requisita; E. Major per se patet, cum sacrificium à requisitis describatur & ex iisdem cognoscatur. Minorem probamus non solum è jam antè dictis, sed & porro adjicimus, hic abesse altare, utpote requisitum quoddam sacrificii primarium. Quoties enim de Abramo legitur*

tur, eum extruxisse Altare, toties & sacrificasse putandus; quando autem Spiritus S. altaris mentionem præteriit, tunc nullum quoque adfuisse sacrificium, concludendum est. Vid. per omnia FRANZ. loc. cit. Diff. III. §. XXII. XXIV. XLVI. & Diff. IV. §. IIX. Conf. MATTH. loc. cit. §. XIII.

Missa igitur & hinc labascit, unde merito ejus Patronis (qui, cadente Missâ, cadere Papatum, optimè sentiunt, dicente LUTHERO, artic. Smalcald. Part. II. Art. 2.) in mente revocamus verba quæ habet PETRUS SVAVIS, in Hist. Conc. Trident. Lib. VI. p. 629. In congregazione, inquit, die 24. Julii à prandio habita, Georgius Ataides, Regis Lusitanie Theologus, ad cōvertenda aliorum Theologorum firmamenta omnia, quibus è Scriptura sacrificium Missæ adstruebant, se- se comparat, pafatus, id in controversiam non vocandum, an Missa sit sacrificium, Patres enim omnes id apertis verbis expressisse &c. Idcirkò illud pro certo concludendum, doctrinam eam Apostolicam esse traditionem, cuius vis copiosa satis ac potens est ad condendos fideli Articulos, sicut Synodus bac à principio docuit. Verum autem hoc solidumque argumentum debilitari ab his, qui aërea sibi struunt, è Sacra Scri- ptura id elicere frustrà conantibus, quod nusquam ibi repe- ritur, atque adversariis veritatis calumnia violanda ansam prebentibus, dum vident, eos arene laxe ac instabilitate adi- ficare. His premissis, ad loca è U. ac N. Testamento à Theolo- gis adducta sigillatim examinanda pergens, è nullo horum sacrificii sensum deponi posse ostendit. Ita, Patrculi, mis- sa est!

◎ (56) ◎
THESES III.

Abram attulit animalia ista 1. in usum facteris, cujus causa efficiens primaria est Deus, secundaria Abram.

De ritu pangendi foedera, Chaldæis pariter & Hebrewis usitato, satis §. X. Sect. præc. dictum. Dispiciendum in præsenti, num & isto modò foedus inter Deum & Abramum fuerit peractum. Quò verò de natura ac indole ejus cèd melius constet, causas præcipuas ordine consideremus, necesse est. Causam efficientem cernimus geminam, pri mariam יהוה, securidariam אָבָרְם. Est Dominus unus ille ac summus Deus, qui nomine memoriali suo Hos. XII. 6. meram essentiam denotante, sibi soli propriò, adeoque creaturis prorsus incommunicabili, Es. XLII. 8. & hic nominari voluit, quippe qui est πέλαγος τῆς γῆς αὐτοῦ καὶ ἀπειρόν, DAMASC. L. I. O. F. cap. II. & L. IV. cap. XII. imò, in quo nihil est, quod non sit ipse Deus, المقدّم الـ وـ خـرـ الـ اـولـ الـ اـخـرـ الـ بـاـيـعـ الطـاهـرـ مـنـ كـلـ اـفـةـ يـغـدـسـةـ الـ لـدـنـيـ لـيـسـ كـمـنـ كـمـنـ دـشـيـ principium & finis, primus & ultimus, inaccessus, qui purus est ab omni corruptela in sanctitate sua, cui nec quicquam est simile, ut Arabes inter alia loqui amant. Indigitat יהוה totam S. S. Trinitatem, Patrem, qui filium ab æterno genuit, Ps. II. 7. Filium, qui est צֶדֶקְנוּ Dominus, justitia nostra, Jer. XXIII. 6. Spiritum sanctum, qui per Messen & Prophetas locutus est, Exod. IV. 12. 2. Sam. XIII. 2.

Quæ

יהוה אלהינו יהוה אחר Domini Deus noster, Deus unus est, Deut. VI. 4. qui peregrinari iusserrat Abramum, Gen. XXI. 13. Iste proinde על־הארץ עליון נורא מלך גדוֹל על־כל Dominus summus, metuendus, rex magnus super omnem terram, Ps. XLVII. 3. 1. Tim. VI. 15. Apoc. XVII. 14. foedus init cum אברם Abram, homine mortali, creator cum creatura; השפט העדר יפהן כל judge universa terre cum eo, qui ואפר עפָר וְאָפָר מִן־הָאָרֶץ עַד־עַמּוֹד כִּי־חָכְרָנוּ בָּן־אַרְצָה מֵתְּפִקְרָנוּ מה אֲנוֹשׁ קַיְמָנָה quid est homo quod recorderis ejus, קְדַם filius hominis, quod rationem habeas ejus? Ps. IIX. 5. O φιλανθρωπίαν insignem, æternisque laudibus celebrandam!

Excipi solet, juris esse in foederibus pangendis, ut ad sint 1.) mutua voluntatum conspiratio & unio; 2.) mutua partium commoda, non multum dispartia. Jam vero foedera Dei cum hominibus secus esse comparata; E. non dici posse foedera. *Resp.* negando consequentiam. Alia enim est ratio habenda foederum in sensu speciali, quæ homines invicem ineunt; alia in sensu specialissimo, quando Deus cum hominibus ea erigit, vid. *Sect. præc. §. IX.* De illis ultra concedimus, quod objicitur nobis: de his negativam amplectimur. Etenim foedera Dei cum hominibus planè peculiare quiddam in eo habent, 1.) quod insinuatio seu invitatio, à parte Dei, acceptationem & consensum hominum, longè præcedat, ac firma persistat, donec hæc istam insequatur, adeoque tunc demum mutuus voluntatum consensus accedat; 2.) quod maxima inter exhibita à Deo, & præstata ab hominibus, deprehendatur diversitas. Placet enim Divina bonitati ac misericordia, eò foedera cum ho-

minibus dirigere, ut omnis omnino fructus in eos, tanquam
creaturas, redundet, modò benignitatis gloriæ sibi relicta,
Rom. XI. 35. qua Deo soli, ceu creatori, debetur, *Apost. IV. 11.*
Conf. 2. Tim. I. 9. Eph. I. 4. 5. 6. & Theses sequentes.

T H E S I S IV.

Fœderis Causæ finales sunt a.) Gloria Dei;
b.) posteris Abrami & omnibus gentibus
promissa benedictio; c.) Fœderis univer-
salis futurique Salvatoris notitiae conser-
vatio & propagatio.

Triplex hic ponitur finis, a) *absolutè ultimus*; b)
ultimus secundum quid; c) *intermedius*.

Finis *absolutè ultimus* est gloria Dei ejusque gratia &
misericordia, *Eph. I. 3. 6. 14. II. 4. 7. 8. Conf. Rom. IX. 4. 5.*
12. 23. XI. 35. XV. 6. 7. 9. 10. 1. Cor. I. 30. 31. 2. Cor. I. 19. 20.
2. Thess. II. 11.

Finis *ultimus secundum quid* est posteris Abramii &
omnibus gentibus promissa benedictio. Deus enim non mo-
dò semini seu posteris Abrami, sed etiam per semen bene-
dictum, ex prosapia eorum nascendum, Messiam scilicet,
omnibus gentibus benedicere promisit, *Gen. XII. 3. XIII.*
18. XXII. 18. XXVI. 4. Rom. XV. 9. 10. 11. 12. Gal. III. 8.
9. 10.

Finis tandem *intermedius* est fœderis universalis futu-
rique Salvatoris notitiae conservatio ac propagatio. Per fœ-
derus

dus universale intellectum volumus istud, quod post lapsum summo illi rerum statori & moderatori cum universo genere humano in protoplastis, interveniente Mediatore, sanctificare visum fuit, cuius descriptionem qui volet, adeat Autores in pref. & §. IX. Sect. pr. citatos. Id ipsum itaque foedus, ne tractu temporis mentibus atque animis hominum excideret, Deus Abramum sibi elegit Nebem. IX. 7. 8. quod, foedere particulari cum eo initò, oblivioni illi caveret, simulque מלְאָךְ וּבָרִירָה Angelis foederis, Malach. III. 1. hoc est, futuri Messiae, notitiam propagaret, imò natales ejus ad certam stirpem alligaret, ut omnes homines possent cognoscere, eum certò ex illa aliquando proventurum. Hac & causa fuit, cur deinceps idem foedus confirmarit Deus cum Isaaco, Gen. XVII. 21. XXVI. 2. seqq. 24. Iacobō, Gen. XXIX. 12. seqq. XXXV. 9. seqq. XLVI. 3. 4. Conf. Exod. IV. 4. & horum posteris, (sequestro Mose,) Exod. IIII. seqq. Davide, Ps. LXXXIX. coll. cum 2. Sam. VII. 8. seqq. & aliis. Duravit igitur hoc foedus ad Salvatoris promissi adventum, usque, qui promissam benedictionem omnibus attulit, Ebr. VIII. 6. seqq. Job. III. 16. Gal. IV. 4. 5. 1. Job. II. 2. Conf. Luc. I. 68. 69. 72. 73. II. 31. 32. Rom. XV. 8. seqq. 1. Cor. I. 30. XV. 21. 22. 2. Cor. V. 14.

Dicis: si ad Christi tantum tempora hoc foedus duravit, sequitur quod novum illud, cuius Jerem. XXXI. 31. Ebr. VIII. 8. seqq. fit mentio, planè aliud sit & diversum, ac proprie homines N. Testamenti aliò salvantur modò, ac homines in V. Testamento, quæ SOCINIANORUM & REMONSTRANTII sententia est. Ad quam objectionem ut decenter respondere queamus, breviter ostendendum nobis incumbit, foedus hoc diversimodè posse accipi. Est enim

ex parte vel Ecclesiasticum & commune, quatenus omnibus Abrami posteris, h. e. omnibus gentibus, benedictionem ac salutem in semine benedicto promittit; vel seculare seu nationale, quatenus semen illud oriundum ē posteris Abra- mi propriè sic dictis innuit, iisque felicitatem temporalem, possessionem scilicet terræ sanctæ, indicat. Istò proinde mo- dō spectatum, immutabile ac aeternum est; hoc verò mo- dō consideratum, omnino tempore adventus Messiae in car- nem mutatum fuit, adeoque tantum quoad accidentalia, non verò essentia. Cum enim idem hoc foedus cum po- pulo Israelitico, repeteret Deus, præter circumcisionem di- versas leges, ceremonias & sacrificia ei addidit, quæ omnia umbram ac typum futuri Messiae gerebant, Gal. III. 17. seqq. Ebr. X. 1. Vid. HACKSP. Annot. Pbil. Theol. ad Jer. XXXI. 31. TERS. Not. ad Gen. XVII. 7. & Conf. Autores ad §. IX. Sect. pr. citatos. Item MASII Summ. Theol. Polem. Dissert. pralim. §. V.

Instant JUDÆI: foedus hoc expressè Gen. XVII. 7. בְּרִית עֹלָם fœdus aeternum vocatur, ergo aeternum, & quatenus nationale seu seculare est, durabit. Resp. עולם potissimum duo notat, 1.) aeternitatem, principio & fine carentem, ut Exod. XV. 18. יְהוָה יְמִלֵּךְ עַל־עָלָם Dominus regnabit in eternum; sic Mich. V. 1. alibique; 2.) longum temporis spatium, ut Jer. XXV. 9. 12. חֲרוּבָה וְשִׁמְפֹת עַרְלָם solitudines & devastationes eterne dicuntur, quæ vers. 11. per שְׁנָרֶת Septuaginta annorum spatium explicantur, Conf. Exod. XXI. 6. Deut. XV. 17. Jer. II. 20. Ps. LXXXIX. 2. Locus igitur à Judæis allegatus ita explicandus est: Et erexit fœdus meum &c. in fœdus longò tempore (ad Messiae usque adventum) duraturum. Quam senten- tiā

tiam seq. versu confirmat Deus, qui terram Canaan semi-
ni Abrahæ dare promisit עַל חَوْرֵן in possessionem
longevam, non æternam. Dicenim, mi verpa, at non ē
terra Canaan jam diu excideris? vid. WAGENSEIL Tel. Ign.
Sat. Not. ad Carm. Lippm. p. 552.

Monemus tandem contrà PHOTINI ANOS, sa-
crificia V. T. (utpote foederi huic inclusa, cum filiis Israël
denuo id insinuaret Deus,) typos fuisse satisfactorię Christi
mortis. Quoiescunque enim babemus in hac scriptura fe-
dus vel pactum, nondum fœdus est humana reconciliationis,
sed firma promissio futuri fœderis, propheticaque imaginatio
pacti unici, quo in solo Christo Deus sibi homines reconcili-
avit, uti eleganter dicit RUPERTUS, Abbas Monast. S. He-
riberti Tuiensis, Tom. I. Opp. Lib. V. Cap. XXI. f. 86.
Conf. Ebr. IX. 12. X. 1. 14.

THEsis V.

Fœderis Objectum est Abram cum familia &
posteritate sua, tūni corporali, tūn
spirituali.

Objectum hic intelligimus materiale, eos invol-
vens, quos fœdus concernebat. Quod si capita seu for-
mam ejus spectemus, ea partim ad Abramum, partim ad
familiam & posteros ejus, respicere, in propatulo est, ceu
sequens Thesis docebit. Familia vocem stricte sumi, ac per
eam Sarah, Isaacum & Ismaëlem intelligi volumus. Po-
steritas Abrami duplex est, corporalis, quæ Jacobum seu

